

00
01
02
03
04
05
06
07
08
09
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25

Pauli diaconi de Romanorum gestis

ANGELI POLITIANI AD INNOCENTIVM. VIII. PONT MAX. PREFATIO IN HERODIANI HISTORIAM EX GRAECO IN LATINVM CONVERSAM.

VM ROME ab hinc trienniũ ferme in comitatu essem Florentiæ legationis. Quæ tibi sancte pater Innocenti PONT. MAX. ad supremæ istius dignitatis fastigiũ nup euecto gratulatũ aduenerat. memini abste mihi ma gna celebritate curã delegari uertendi in latinam oratio nem Romanorum principum res gestas: si quæ adhuc in ter græcorũ monumenta nostris intactæ hominibus reperirentꝰ. Quare cum celestis animi tui iudicio non plus mihi honoris additũ q̃ oneris in iunctum animaduerterẽ: ut primũ Florentiã sum reuersus altissima solli/ citudine circũspicere cœpi: quem potissimũ ex omni græcorũ copia in terpretandũ susciperem. Occurrit aũt in primis Herodianus hic excellẽs rerum scriptor: & qui diu in palatina uersatus aula: adfectq; iam ætatis: historiã de suis tẽporibus componere aggressus: neq; eloquentiæ caruerit laudibus: & fidem tamen in primis libertatẽq; retinuerit. Hoc ubi opus a nobis neq; multo sane negocio: neq; iuuita ut arbitror minerua elucu bratum est: ea mox tempora inciderunt: quibus et nostra impedirentur studia: & quæ primũ ualet in scribendo: omnis ꝑpemodũ alacritas excu teretur. Postea uero q̃ pro tua prouidẽtia: & pacem Italiæ cupiẽti reddidi sti: & cum patrono meo Laurẽtio medice: amplissimæ quidẽ fortunæ: sed amplioris ingenii prudentiæq; uiro: priuatim affinitatem contraxisti. Ces sit uidelicet ille quasi nimbus: suaq; mundo reddita serenitas est. Sic ut nos iã ipsos colligamus: atq; ut grauati pluuia flores: peneq; decidui ad nouæ lucis radios erigamur. Ergo & uetera edere in publicũ: & noua pro cudere iam libet: unde aliqua modo uel tuo sacratissimo nomini celebri tas: uel nostris temporibus claritas: uel studiosis etiã hominibus utilitas pariatur. Cæterum Herodianũ bũc nostrum donec maiora tibi ac fortas se meliora parturimus: ueluti præludiũ aliquod ueri iustiq; laboris læta rogamus fronte excipias summe Pontifex: magnã in eo negociorũ perso narumq; uarietatem: multam rerũ nouitatem deprehensurus: crebraq; in utrãq; partem fortunæ ceu uaccillantis exempla: consiliaq; admirabi lia & consiliorum inopinatos euentus: graueq; pro tẽpore sententias: & plenam ubiq; dignitatis: plenam suauitatis orationẽ: copiosam uidelicet

quandam ad instruendos mores suppellectilem: & ceu speculũ humanitatis in quod inspicere omnis uita: unde ea capere: atq; haurire documenta queat per quæ uel publicis uel priuatis rationibus consulatur. Quæ sane nostræ fuerunt partes: tentauimus profecto utinamq; etiam effecerimus uti omnia ex fide responderent ne inepta peregrinitas: neue greculæ uscq; figuræ: nisi si quæ iam pro recœptis habent̃ latinam quasi polluerent castitatẽ: ut eadem propemodũ esset linguæ utriusq; perspicuitas eedẽq; mũditiæ: idem utrobiq; sensus atq; indoles: nulla uocũ morositas: nulla anxietas. Tu quando nobis aliquod ceu signũ ex arte ista tui põtificatus ad bene sperandum sustulisti: perge obsecro sancte pater: perge inq̃ fouere: atq; illustrare bonas artes. Quæ sese pedibus istis sanctissimis aduoluunt supplices: numenq; tuum aduersus rudem inscitiam: tetrãq; barbariam implorant: ut a quo pax Italiæ: atq; adeo terrarũ orbi restituta est: etiam ab eodem pacis alumnæ litteræ ab iniuria scilicet atq; indignitate uindicẽtur.

Vale.

HERODIANI HISTORIAE DE IMPERIO POST MAR CVM VEL DE SVIS TEMPORIBVS LIBER PRIMVS: Ex GRECO TRANSLATVS ANGELO POLITIANO IN TERPRETE: AD INNOCENTIVM. VIII. PONT. MAX.

VI RES ANTIQVAS POSTERIS prodiderunt: ueterēq; hiſtoriæ memoriā reno uare litteris ſtuduerūt: ei magna ex parte dū famā eruditionis affectant: nomenq; ſuum co nantur ab iniuria obliuionis aſſerere: minus ſane multam in ueri peruestigatione q̄ in ex ornanda componendaq; oratione induſtriam poſuerunt: rati ſcilicet neq; ſi quid in rebus a ſuo ſeculo remotiſſimis falſi proderetur poſſe refelli: & ſe tamen ſuauitate narrationis ampliſſimum laboris ingeniiq; ſui fructum percœpturos: Alii uero priuatis inimicitiis: tyrannorumq; odio prouecti aut in laudes principum: ciuitatum priuatorumq; hominū immodicis aſſentationibus effuſi tenues per ſe res atq; humiles ſcribendi tamen artificio longe ſupra ueri fidem ſuſtulerunt. Ego uero contra non quidem accœptam ab aliis: aut incognitam aut teſtibus egentem hiſto riam. ſed eorum qui legēt ſenſibus adhuc memoriæq; inherentem: ſum ma uel fide uel diligentia collectam conſcribēdam ſuſcœpi: ſperans haud iniucundam fore poſteritati earum rerum noticiam. quæ multæ ſane atq; magne haud ita longo tempore acciderunt. Nam ſi quis ab auguſto uſq; principe omnem ætatem complectatur animo. Cum ſcilicet Roma norum potentia ad unius eſt arbitrium deuoluta. Ne annis quidem illis circiter ducentis tot enim ferme ad Marci tempora numerantur: aut im periorū tam diuerſas ſucceſſiones: repiet aut bellorū uel ciuiliū: uel exter norum tam uarios caſus: atq; euentus: tot excitas gentes: tot urbes no ſtras barbaraſq; expugnatas: preterea terremotus & peſtilentias: uitas quoq; principum & tyrannorum: adeo nouas: atq; inauditas: ut nulla iis apud ueteres conſimilia exempla: aut certe q̄ pauciſſima inueniantur. Quorum alii diuturnā: alii breui potentiam obtinuerunt. Non nulli aūt uix dum inito honore: imperatoreſq; dumtaxat appellati eodem illo quo ſuſcœperant die imperium amiſeruut. Nam cum ſexaginta annis plu reſq̄ pro tempore principes urbs Roma pertulerit: factum ex eo eſt uti

multæ ſane uariæq; res: atq; admiratione dignæ exorirẽtur. Quippe ætate prouecti principes: utpote rerum negotiorumq; periti diligentius ſe ſe ſuoſq; regebant. Contra adoleſcentes molliter: atq; indulgenter habiti noua ſcilicet permulta deſignabant. Quo factũ eſt ut diſpari ætate: atq; licentia diſpari a quoq; ſtudia moreſq; ſequerentur: hæc quemadmodum geſta ſint temporum ipſorum: atq; principum ſeruato ordine perſcribemus.

Imperator Marcus filias quidem ſuſcœpit complures: mares autem duos: horum alter natu minor adoleſcentulus admodum fato eſt functus: Veriſſimo nomen fuit: alterum uero Cõmodũ nomine magna diligentia: curaq; pater educauit: accitis undiq; uiris doctrina claris: maximaq; propoſita mercede: uti mores pro ſe quiſq; filii ingeniumq; excolerent: filias porro cum adoleuiſſent optimis ex ordine ſenatorio uiris collocauit: neq; enim qui longam generis ſeriem præferrẽt aut qui opes nimias oſtentarent. ſed qui morum probitate: atq; modeſtia: uitæq; innocentia præcellerent: eos ſibi generos deligendos putabat: Hæc enim ſola animi bona certa eſſe: ſtabiliaq; ducebat. Virtutem nullã nõmagnopere exercuit: Adeo litterarum antiquitatis ſtudioſus: ut nemini ſit in eo genere Græcorum Romanorumq; ſecũdus: argumento ſunt permulta: quæ ab illo dicta atq; cõſcripta ad nos uſq; peruenerũt. Adeo uero ciuilem ſeſe & commodum omnibus principem præſtabat: ut adeũtium cuiuis dextram placide daret. neminemq; a ſuis cuſtodibus prohiberi aditu pateretur. Soluſq; imperatorum ſtudium ſapientiæ non uerbis aut decretorum ſcientia: ſed grauitate morum: uitæq; cõtinentia uſurpauit: quo factum eſt ut magnum ſapientium uirorum prouentum ætas illa extulerit. Solent enim plerumq; homines uitam principis æmulari. Quæcumq; igitur ab illo modeſte atq; fortiter domi foriſq; ſunt geſta. Qualem porro ſe aduerſus barbaras nationes ſeptentrioni ſubiectas ſoliq; orienti geſſerit: ea ſunt multorum: doctiſſimorũq; hominum comprehenſa monimentis. Quæ uero poſt Marci obitum per uniuerſam ætatem uiſa mihi: auditaq; ſunt: non nulla item in experiundo cognita utpote in publicis officiis: principalibuſq; uerſato: ea nunc conſcribenda ſuſcœpi.

Enem iam Marcum neq; ætate ſolũ ſed laboribus multis: curiſq;
f confectum: dum in pãnoniis ageret grauiſſimus repente perculit
morbus. Quare cum deploratã ſane ſalutẽ ſuã ſentiret: anxius
uidelicet agebat ne filius qui tum primã inierat adoleſcentiã ſiue ætatis
feruore nimio: ſiue licentia quadam ſũma. quam in orbitate eſſet habi
turus bonis artibus: ſtudiiſq; relictis: ebrietati ſe ſe & crapulæ dederet: qp
pe facile ingenia aduleſcẽtiũ a recta honeſtaq; diſciplina ad luxum uolup
tateſq; delabunt̃: terrebat inſuper hominẽ minime imperitũ: multoꝝ me
moria principũ. qui iuuenes impiũ ſuſcepiſſent: ut dionyſii Siciliæ tyrã
ni: cuius tanta fuit intemperãtia uictus: ut nouarum uoluptatũ inuento
res ſũmis afficeret præmiis. ut item eoꝝ qui Alexandro ſucceſſerunt: Ita
enim contumelioſe uiolẽterq; dominati ſunt: ut illius imperio graue de
decus cõciliarint. Siquidem Ptolemeus eo turpitudinis prolapſus eſt:
ut cõtra Macedonũ: atq; adeo græcoꝝ omniũ leges: etiam ſororiis amo
ribus implicaret̃. Antigonus autẽ quo liberum patrẽ repræſentaret: pro
Cauſia & Diademate macedonico: hederã capiti circũdare: thyrſunq; p
ſceptro geſtare: eſt ſolitus. Sollicitabãt animũ ſenis recentia quoq; exem
pla: ut Neronis ipſius qui ne a materna quidẽ cæde abſtinuerit: & ſe ridi
culum populo ſpectaculũ præbuerit: ut item Domitiani. qui nihil ſibi
ad extremã crudelitatem reliqui fecerit. Has igitur tyrannidũ imagines:
cum animo uolutans: inter ſpem metumq; agitabat̃. Terrebat præterea
illum germaniæ uicina gens: quã nõdum plane ſubiecerat. Sed partim
in ſocietatem aſciuerat: alios armis belloq; edomuerat. Nonnulli etiam
ex iis effugerant: metuq; principis inpræſens continebant̃: quare dubita
bat ne deſpecta mox filii ætate: arma reſumerent. Quippe barbaris mos
quanlibet leuibus momentis: aut cauſſis impelli. His igitur curarum flu
ctibus æſtuãs: amicos propinquoſq; omnes: quotquot aderant: conuoca
ri iubet. Qui poſtq̃ cõuenerunt: conſtituto in eoꝝ conſpectu adoleſcente
filio paulumq; ſe e grabatto ſubleuans: huiuſcemodi habuit orationem.
* Dolere uos atq; angi cum ita me affectum contemplamini minime mi
randum. Quippe humanum eſt: humanis caſibus ingemiſcere: multo
q; magis miſericordiam prouocant quæ oculis uſurpamus. Cæterum
peculiaris uobiſcum noſtra ratio eſt. Nam de mei erga uos animi con
ſcientia: mutuam ſpero a uobis quaſi meo iure beniuolentiam. Nunc
aũt illud incidit. Cum & mihi ſit iudiciũ faciundum: fruſtra ne uobis ho
norem tam diu habuerim: Studiũq; omne meũ lubens detulerim: & uo

Lexcelebris Oratio Marcij Imperatoris, pauulum ante mortem, conclamata.

bis referenda gratia ostendendū non esse eorū quæ acceperitis immemo
res. Videtis filiū quē ipsimet educastis: primas nunc adolescentiæ metas
ingredientē. Quasiq; in salo atq; fluctu uitæ gubernatoribus indigentē.
Ne rep̄ ipitia de recto quasi cursu ablatus: malis artibus ipingat. Este igit̄
uos illi p̄ me uno multi parētes: excolēdo. s. atq; optima suggerēdo. Neq;
eniz aut pecuniæ uis: tyrānidis luxuriā explere: aut stipātia satellitū agmi
na tueri principē possunt. nisi illi ipsi quos regas animū imperāti beniuo
lentiāq; accōmodēt. Quippe ii demū diu tutoq; imperant: qui non metū
ex crudelitate: sed amorē ex bonitate ciuium suorum: animis instillant.
Neq; enim quos seruire necessitas coegit: sed quos obtemperare sua quēq;
uoluntas adegit. ii sunt in agendo patiendoq; a suspicione omni assenta
tioneq; uacui: nunq̄q; imperia detrectāt: nisi uiolenter cōtumelioseq; sint
habiti. Est autē difficile in maxima licentia moderari sibi: quasiq; frenos
imponere cupiditatibus. Quod si beneuiuēdi autores illi fueritis: & quæ
nūc corā audit identidē admonueritis: una opera & ip̄m uobis: reliquisq;
omnibus optimū principem reddetis: & memoriā nostram demerebimi
ni. Quam scilicet immortalem hac una ratione poteritis efficere.
Talia dicentē Marcum ita repente animus defecit: ut statim conticesce/
ret ac lāgore nimio supinus in lectulū relaberet̄. Tanta aūt quicūq; aderāt
miseratio inuasit: ut ex iis: nōnulli præ dolore parū animi compotes: cla
morem extollerēt. Sed ille cū diem unū dumtaxat noctēq; superuixisset:
fato est functus. sicut magnū sui desideriū eius ætatis mortalibus: po
steris uero etiā uirtutis memoriā reliquerit sempiternā. Posq̄ uero illius
mortē fama uulgauit: incredibilis repente exercitū ipsum: plebemq; adeo
omnē luctus occupauit. Neq; ulli sane romane ditionis mortales fuerūt:
qui non eiuscemodi nuntiū multis lachrymis exceperint. Omnesq; eum
uelut una uoce: alii parentē probum: alii bonū imperatorē quidā fortissi
mum ducē: nonnulli etiam continentē moderatūq; principē uocitabāt.
Neq; sane quisq̄ falsus habebat̄. Paucis aūt post diebus: celebrato iam fu
nere: uisum amicis est adolescentem adducere ad exercitū: ut & milites al
loquerēt & qui nouis imperatoribus mos est: pecuniis elargiendis uelut
autoramento quodā illorū sibi animos adiungeret: Edictū itaq; omnibus
ut in campū de more adessent frequentes: Cum itaq; processisset Com
modus: ac rem diuinam feciſſet: erectūq; ad hoc ip̄m mediis castris tribu
nal conscendisset. paternis amicis qui multi sane doctissimi uiri aderant:
circunstantibus: ad hunc ferme modum uerba fecit.

Cõmunẽ mihi esse uobiscũ huius mœrorem calamitatis. Neq; uos aliter q̃ me ipsum affectos esse planissime persuasum habeo. Neq; enim ego su perstite parente ipso meo superiorem me uobis unq̃ gessi. Nam ille ita nos uniuersos ut unũ aliquem diligebat: Lubentiusq; me cõmilitonẽ q̃ filiũ uocitabat: quippe hanc nature appellationẽ: illã uero uirtutis cõmu nicationem existimabat: quin infantẽ sæpe me in ulnis gestans: uobis da bat in manus: quasiq; uestræ mandabat fidei. Quapropter minime dubi to quin mihi oẽm fitis beniuolentiã exhibituri. Cũ pro alumno me ma iores natu habere debeant: ipsos aũt æquales cõdiscipulos armorũ iure apellauerim: Si quidẽ ita nos uniuersos ut unũ aliquẽ pater diligebat: omniq; uirtutũ studio ac bonis artibus: curabat instituendos. Nunc me post illũ uobis fortuna principẽ dedit: Non quidẽ ascititium quales an te me fuerunt: neq; uelut acquisito imperio gloriantẽ. Quippe unus ego uobis natus educatusq; in aula: priuatisq; intactũ cunabulis: statim me ut ex aluo ꝓdierã impatoria purpura suscœpit. Simulq; sol hominẽ me ui dit & principẽ. hæc cũ animis uestris reputantes: iure principẽ colite non datum uobis sed natũ. Nam pater quidẽ iam in cælũ euectus cõsors est consessorq; deoꝝ. Vobis aũt orbis terrarũ gubernacula: rerũq; humana rum cura incũbit. Quæ quos successus: quantasq; habiture sint uires: in uestra manu est. Si enim belli reliquias fortiter deleueritis: & imperii ro mani terminos ad oceanũ usq; promoueritis. cum ipsi uobis ingentem gloriã cõparabitis: tum cõmunis parentis memoriæ debitã gratiã refere tis. Atq; eũ quidẽ exaudire quæ dicimus & intueri p̃sentẽ quæ gerimus existimate. Nos aũt fœlicissimos q̃ benefactoꝝ nostroꝝ testẽ eiusmodi si mus habituri. Quæ igitur ad hanc diẽ fortissime prosperrimeq; gessistis: illius scilicet sapientie gubernationiq; tribuũtur. Quæ aũt mecum hoc est cum iuuene impatore uestro preclare feceritis: ea sunt uobis ipis quasi pe culiarem cũ fidei tum uirtutis claritudinem paritura. Quo circa & ætati mee rebus strenue gerendis auctoritatẽ conciliabitis: & barbara gens ini tio noui principatus repressa. neq; in presens contẽptu ætatis nostræ se efferet audacius. & suis nunc edocta periculis metu deinceps perpetuo cohercebitur.

His dictis pecuniã magna copia elargitus: ut sibi animos militũ fidos fa ceret: in aulam reuersus est. Igitur breue sane ad tẽpus omnia paternis amicis autoribus gerebant̃ qui assiduitate prudentiq; consilio. nullo lo co deerant: Tantũ ei tribuentes laxamenti: quantũ satis esse ad tuendam

corporis ualitudinẽ arbitrarent̃: Paulatim deinceps irrepſere nõnulli ex aulico famulicio: qui ſibi ad corrumpendã iuuenis impatoris indolẽ: nihil facerent: reliqui quippe menſarii adulatores: qui uẽtre atq; obſcœnis uoluptatibus fœlicitatẽ metiebãt̃ idẽtidẽ illũ urbis delicias admouebãt: & nunc quæ illic uiſu audituq; iucunda forent cõmemorabant: nunc rerum omniũ copiã atq; affluentiã ferebant laudibus: at ripas Iſtri: ut omni tẽpore incõmodas uituperabant: Quæ neq; pomiferos haberet frutices: & perpetuis rigoribus nubibuſq; obtinerent̃. Nunq̃ ne o impator aiebãt. Concretã gelu atq; effoſſam potare aquã deſines? Alii calidis fontibus riuorũq; fluẽtiũ frigore auriſq; & cœlo illo fruent̃ Italiæ populari? Tali ſcilicet illecebrarũ mentione: facile adoleſcentis animũ uoluptatum cupidinibus incenderunt. Itaq; ſtatim conuocatis amicis teneri ſe patriæ deſyderio nõ diſſimulauit: Cauſas tamẽ tã repẽtinæ mutationis fateri ueritus: ſollicitũ ſe aiebat eſſe ne quis opulens ex nobilitate domũ occuparet principis. Dein collectis uiribus quaſi ex munitiſſima arce: ſũmam ſibi rerum uendicaret: poſſe ex populo: ſatis magnã uim delectorũ iuuenũ conflarii: Talia cauſante illo reliquis metu defixis: terrãq; tacito vultu mœſtoq; intuentibus. Surgens Pompeanus qui & ætate reliquos antecebat: & Commodi ſororem natu maximã in matrimoniũ habebat.
Teneri te iquit o fili & domine patriæ deſyderio minime mirãdũ. Quippe eadem nos quoq; rerũ domeſticarũ cupido ſollicitat: Sed ei tamen reſiſtimus: quoniã priores partes agunt: magiſq; incũbunt nobis quæ hic expedienda ſuperſunt. Nam illis quidem uel in poſterũ diutius perfrueris Roma aũt illic ẽ ubi imperator eſt. Cæterum bellũ relinquere inchoatũ: præterq̃ quod indecorũ uidetur periculoſum eſt. Quippe audaciã barbaris iniicimus: neq; enĩ remeãdi cupiditate deceſſiſſe nos ſed aufugiſſe metu perculſos arbitrabunt̃: tibi aũt q̃ fuerit pulchrum deuictis hoſtibus: atq; imperii finibus: ad Oceanum uſq; propagatis: redire in urbem triumphanti: Vinctoſq; & captiuos præteragẽti reges ſatrapaſq; barbaros: his enim artibus: prioribus ſeculis Romani homies: magni atq; illuſtres euaſerunt. Nihil eſt aũt quod uereare: ne quæ illic res tuæ periclitent̃. Nam & optimus quiſq; : ſenator tecum hic eſt : & exercitus uniuerſus tuũ coram præpugnat imperium: Quin ærariũ quoq; principalis pecuniæ: nobiſcum eſt omne: Ad hæc patris tui memoriã æternam tibi apud poteſtates quaſlibet fidem atq; beniuolentiã roborauit: Cum ad hunc modum potiora ſuadens Pompeianus locutus eſſet paulum modo in præſens co

natus repreſſit: Qui reueritus ſenis dicta. cum nihil haberet: quod ſaltē honeſtū ſpecie reſponderet: concilio dimiſit diligentius affirmans con ſideraturū: Dein uero miniſtris illius: magis magiſq; inſtātibus: nihil iā ad amicos retulit. Sed datis Romam litteris: ac præpoſitis: quos uiſum eſſet tuendæ Iſti ripæ & barbaroꝝ inſultibus cohercendis: ꝓfectionē cōti nuo edicit. Illi igit̄ de mandata ſibi munia obeūtes: haud ita longo tēpo re multos armis barbaros ſubegerunt: quoſdā aūt ex iis magnis p̄mijs: in amicitiā ſibi adiunxerunt: quod quidē haud difficile facta fuit. Quip pe barbari ſuapte natura peccuniæ auidi: periculoꝝ deſpiciētes: aut ſur ſibus populationibuſq; uictū parant: aut mercede propoſita uenalē pacē habent: Quod intelligēs cōmodus: ut pecunia qua maxime abūdabat: ſe curitatē redimeret: nihil uidelicet petētibus denegabat: ubi aūt dedita pro fectionis fama per exercitū eſſet: ingens repēte totis caſtris motus extitit nullo nō redire Romā cupiēte: relictoq; hoſtili ſolo urbanas affectare de licias: Poſtea uero quā fama: ac nūtiis vulgatū ē: reuerti in urbē principē incredibilis uniuerſam plebē leticia ꝓuagat̄. Spem ſibi unoquoq; optimā de iuuenis impatoris p̄ſentia ꝓponēte: credētibuſq; uniuerſis paternis eū ueſtigiis perrecturū. Sed ille feſtinato iter faciens: & iuuenili quodā ardo re oīs in medio urbes curriculo ꝓtranſiēs: regioq; cultu: lætiſq; populoꝝ celebritatibus excæptus: gratus nimirum oībus atq; optatus aduenīebat: Sed ubi Romā appropinq̄uit. S. ſtatī uniuerſus. P. Q. R. magno ꝓ ſe q̄ſq; anteuertendi ſtudio effuſi laureatiq; ac flores omnifariā quos dabat ānī tp̄s cōferentes q̄ quiſq; ab urbe longiſſime poterat: occurrebāt: uiſuri prin cipē ætate atq; nobilitate cōſpicuū. Quippe amabāt illū: & quid: ue riſſimis affectibus: natū apud ip̄os: æducatū: tertioq; iam gradu impium nobilitatēq; Romanā cōplectētē: Nā paternū ei genus a primoribus ſena torii ordis: Mater aūt Fauſtina principis uxor Antonini pii filia Hadria ni etiā per matrē neptis: ſerie ipſam generis ad Traianū proauū referebat Hoc editus genere Comodus ē. Cui q̄dē p̄ter ætatis florē: etiā formæ di gnitas ſuffragabat̄: Cōgruens corporis modus pulchra uirilisq; facies: Tranquillæ oculis faces atq; micantes: Flaua & criſpa cæſaries: ut in ſole ambulāti uelut igne quodā rutilaret: ſic ut euntē quidā ſcobe aurea puta rent cōſpergi. Quidā etiā pro argumento diuinitatis accipent: ac radios eſſe illos circa uerticē genitiuos opinarent̄. Ad hæc lanugo malis proſer pebat: eaſq; quaſi floribus cōueſtiebat. Talem igit̄ imperatorem fauſtis omnibus acclamationibus: & coronarum florumq; ſparſionibus excœ-

perunt. Sed postq̃ urbem ingressus est: Iouisq; primum: dein: cæterorũ deorũq; templa consalutauit: Gratiasq; senatui uniuerso: & prætorianis militibus egit. seruatæ sibi fidei: in aulam palatinam: se recœpit. Pauculis igit̃ annis nihil nõ honoris paternis amicis exhibebat: oĩbusq; eos negotiis in consilio habebat: cura dein totius impii: aliis demãdata perẽnium Italicũ hominẽ militaris disciplinæ peritissimũ prætorianis præfecit. Is adolescẽtis ætate abutens: delitiisillũ gaueisq; corrũpi sinebat: curaq; omni laboribusq; suscœptis: totũ plane imperiũ administrabat: Erat in homine inexhausta diuitiarũ sitis: sic ut nihil quæ acquisiuerat pendens nouis semp lucris insatiabilis ihiaret: Hic & paternos cõmodi amicos calũniis premere: & locupletissimũ quẽq; nobilissimũq; in suspitionẽ adducere instituit: scilicet ut perterrefacto adolescente: atq; illis supplicio affectis: causam potestatẽq; ipse haberet in eorũ bona & fortunas inuadendi. Cæterum aliquandiu cũ patris memoria tum amicorũ reuerentia. continuit adolescentẽ: Dein uelut maligna quedã: atq; inuida fortuna: rectum adhuc moderatũq; illius ingeniũ subuertit: Nam ita res accidit: Lucilla erat cõmodo maxima natu soror: Ea prius. L. uero imperatori nupserat: quẽ consortẽ sibi imperii Marcus asciuerat: locataq; in matrimoniũ sorore firmissimo affinitatis uinculo astrinxerat. Sed postq̃. L. fato functus est manentibus adhuc lucille principatus insignibus. Põpeiano eam pater despõdit: nihilo tamen secius pristinũ illi honorẽ Comodus reliquit usurpãdũ. Nam & sella iperatoria sessitare in theatro: & ignẽ de more præferri patiebatur: Postea uero q̃ Comodus uxorẽ duxit crispinã ac necesse fuit principis uxori primo loco cedere: iniquo scilicet hoc animo lucilla ferens: atq; illius honorẽ in suam contumeliã uertens. cũ sciret a uiro suo Põpeiano Comodũ diligi minime ausa est quippiã ad ipm super occupãdo impio referre: sed animũ Quadrati nobilissimi locupletissimiq; adolescentis periclitata. cum quo etiã stupri cõsuetudinẽ habere existimabat: grauissimeq; apud eum de accœpta iniuria cõqueſta paulatim adolescentem eo perpulit: ut in se met uniuersumq; senatũ pernicioſissime consuleret: quippe inter cœteros senatorii ordinis qui secum in id facinus conspirarent etiã adolescentẽ quendã nomine Quintianum prompti atq; audacis animi: sibi adiunxit: persuasitq; uti pugionẽ in sinu celans tẽpus locũq; caperet: factoq; repente impetu Comodũ occideret: reliqua se pecuniis largiendis curaturũ ille in aditu amphitheatri subsistens. quippe obscuro loco facile se occultũ sperabat fore: nudato confestim pugione ac magna

uoce proclamans: hunc tibi ſenatus mittit: dum loquit nundūq; oſtentat pugiononē: cōprehenſus a militibus pœnas amentiæ dedit: ſuoq; iudicio autor: a ſe cauendi fuit: aperto magiſq; impleto conſilio. Hæc igitur prima maximaq; odii cauſa adoleſcenti aduerſus ſenatum extitit: ita namq; animum uerba illa ſauciarunt: ut omnes hoſtium loco haberet ſemperq; eius memoriæ uox illa irruētis in ſe iuuenis inhereret: neq; uero tantā hāc occaſionem Perennius ommiſit: ſed ei perſuaſit: ut precipuum quemq; ſuccideret: neq; eminere quempiam pateretur: quorum ipſe in bona impetum faciens: facile omniū eius ætatis hominum locupletiſſimus euaſit. Queſtiones autem Perennio diligenter exercente: ſoror ipſa Commodi coniuratiq; omnes: cæteriq; præterea quantulacūq; ſuſpicione attacti ſupplicio affecti ſunt. Igitur Perennius ſublatis e medio quos imperator uerebatur: quiq; illum paterno quodam affectu: complectebantur: atq; ipe illius tuende ſalutis cura ſuſcœpta: nihil non autoritatis adeptus: impiū iam ipſum animo inuaſerat: perſuaſoq; Commodo ut ſuos liberos adoleſcentes adhuc illyricis præficeret exercitibus: ipſe peccuniæ uim ingentē contrahebat: ut ſcilicet pretorianos ab ipſo largiſſimis largitionibus ab alienaret: filiiq; item eius clanculum copias colligebant eo conſilio: ut cum primum Perennius Cōmodum occidiſſet: ipſi principatum arriperent. Proditæ autem ſunt inſidiæ incredibili quodam modo. Ludos Romani ioui capitolino faciunt: tanta hominum confluente mnltitudine: quantam par eſt confluere ad tantæ urbis celebritatem. Spectare autem ac preſidere in Theatro una cum ſacerdotibus: quos ordo ſingulis annis poſtulat etiam imperator ſolitus. Cum itaq; nobiliſſimis ſcænicis operā daret: ſedens imperatoria ſella Cōmodus: pleno ſpectatoribus theatro ſuiſq; cuiq; locis ad ſedendum pro dignitate attributis: priuſq; quicquā diceretur agereturq; in ſcæna: repente quidam philoſophi habitu manu bacculum geſtans: peramq; ſeminudus ab humero ſuſpenſus curriculo prodiit: mediaq; in ſcœna conſiſtens: manuq; ſcilentium imperans: Non hoc inquit ludorum tempus. o Commode neq; ſpectaculis celebritatiq; uacandum. Imminet ceruicibus tuis Perennii gladius: a cuiſi caueris non quidem impendens: ſed iam præſens periculum periiſti. Nam & ipſe hic aduerſus te copias peccuniamq; colligit: & nati exercitus illyricos ſollicitant: quos niſi ſtatim præuenias occidiſti. His dictis ſiue ſorte quadam diuinitus huc impellente: ſiue id auſo homine: ut gloriam ſibi ignarus atque obſcurus acquireret: ſeu quia ſperaret ingens

aliquod præmiũ conſecuturũ. Sane illum de repente obſtupefecerat. Cæteri aũt & ſi non de nihilo ea dicta ſuſpicabant̃: tamen fidem habere diſſimulabant. At Perennius cõprehendi hominẽ iubet: ac pro furioſo & uaniloquo: igne cõburi. Ita ſcilicet penas dedit inrẽpeſtiuæ libertatis. Cæteꝝ qui ſe Cõmodi ſtudioſos uideri uolebãt: peroſi antea quoq; Perennium: utpote intolleranda hominẽ ſuperbiæ: cõtumelieq; : nactiq; oportunũ tp̃s calumniis p̃mere aggrediunt̃. Sed ſcilicet ita futurũ erat: ut & Cõmodus inſidias euitaret: & Perẽnius una cũ liberis pẽderet penas. Quippe haud multo poſt: milites quidam clam Perẽnii filio numos quoſdã attulerũt: illius imagine percuſſos: eoſq; ignaro etiã Perẽnio: q̃q̃ erat prefectus: Cõmodo oſtenderũt: totoq; inſidiarũ ordine patefacto: maximis ſunt muneribus affecti. Quocirca inſcio negotii totius Perẽnio: actum nihil minus expectanti: ſubmiſſi noctu a Cõmodo quidã caput abſciderunt: iuſſiq; ſtatim ad illius filiũ pergere: cũ nihil ad celeritatẽ ſibi reliqui feciſſent etiã rumores famãq; eorũ quæ Romæ facta eſſent preuenerũt. Ii amicas ei litteras ab imperatore reddiderũt: quæ magna propoſita ſpe Romã reuerti iubebant: ergo & cõſilioꝝ & omnis eius paratus: ac poſtremo paterni caſus ignarus: cũ quidem nuntii dictitarẽt: etiã paternis ip̃m uerbis acciri: qui ne ipſe quidẽ ſcribere ſuperſediſſet: niſi ſatis momẽti habituras impatorias litteras exiſtimaſſet. Credidit uidelicet adoleſcẽs: & quãuis iniquo animo ferret interpellari ſua conſilia: tamen paterna fretus potentia quã eſſe adhuc incolumẽ putabat: ad reditũ ſe comparat. Tum deinde ut attigit Italiam: per eos quibus negotiũ datum fuerat occidit̃. Hunc illi exitũ habuerunt. Poſt hæc cõmodus duos conſtituit præfectos: tutius fore ratus tantã illam poteſtatẽ: non uni dũtaxat credere: ſed diſſectã in partes: imbecilliorẽ eo pacto contra principẽ reddere. Verũ haud longe poſt aliæ in illũ huiuſcemodi inſidiæ intendunt̃. Maternus erat quidã miles multa auſus nepharia. Is repente deſertis caſtris: atq; aliquot in ſocietatẽ cõmilitonibus aſcitis: magnã p̃ditorum manũ breui collegerat: uicoſq; primo & agros populabat̃: magna dein pecuniæ ui collecta: plures quottidie ſibi ex facinoroſis copulabat: pollicenſq; ingẽtia cuiq; opere pretia: & prædæ cõmunionẽ inuitans eo rem adduxit: ut non iam latronũ: ſed iuſtorũ hoſtium haberent auctoritatẽ. Quippe magnas etiã urbes occupabant: effractiſq; per uim carceribus. captiuos ſine diſcrimine oẽs uinculis eximebant: eoſq; ſibi impunitate ac beneficiis adiungebant. Igitur Galliam oẽmatq; Hiſpaniã incurſibus uaſtabãt: & ut quamq; ex magnis urbibus

ui cœperant:incenſa dirreptaq; protinus abibant. Quæ ubi Cõmodus cognouit rectoribus gentiũ plenas iræ atq; minarũ mittit epiſtolas caſti gans:& ignauiã exprobrans : ſimul cõparare aduerſus illos exercitũ im perans. Quod ubi latrones accœperũt decedendũ ſibi ex illis regionibus rati : clam per auia quædã cõpendia ſeorſum alii ab aliis: in Italiam per uenerũt: Ac iam de regno maioribuſq; rebus Maternus cum ſuis delibe rabat. Nam quãdo hactenus oĩa illi ſpe ulterius ꝓceſſerant : aut aliquid magnũ inuadendũ ſibi exiſtimabat:aut certe quãdo in id diſcriminis in ciderat:non obſcure neq; ignaue moriendũ. Sed quoniã ſe nõ tantis uiri bus intelligebat:quante ad reſiſtendũ Comodo collata acie poſtularent̃: quippe & romanæ plebis. & prætorianoꝝ militũ propenſa in Cõmodiũ uoluntas credebat̃.arte ſibi cõſilioq; graſſandũ ſtatuebat: Quocirca tale quiddã cõminiſcitur : Veris initio ſtato ſolenniq; die pompã matri deũ Romani celebrãt: in ea quæ apud quemq̃ ſunt diuitiarũ p̃cipua ſupellex q; pleraq; impatoria:materiæ aut artis ſpectandæ p̃ferri ante deam ſolent paſſimq; oĩbus ludendi licentia permiſſa:ſic ut perſonas induant : quas cuiq; libitũ:nullamq; nõ magiſtratuũ quoq; imaginẽ : prout cuiuſq; ſtu dium rep̃ſentent:ſic ut non temere a falſis ueros dignoſcas :putauit hoc Maternus idoneũ celandis inſidiis tp̃s:ratus fore ut ſi perſonã ſtipatoris indueret:ſuoſq; ad eandem ſimilitudinẽ armis ornaret: ac ſe haſtatis ĩmi ſcerent:ſic ut pars eſſe comitatus impatorii crederent̃:nullo uidelicet præ cauẽte:repente impetu facto Cõmodũ obtruncarent. Sed proditus impa tori a ſociis q̃buſdã:qui una cũ ipſo uenerãt: indignantibus ſcilicet ſiqui dẽ eũ nõ pro latrone ãplius:ſed pro principe habituri forẽt: Anteq̃ feſtus dies adeſſet:& ip̃e cõprehenſus ac mulctatus capite:& qui eiuſdẽ factionis erãt:meritis ſuppliciis affecti. At Cõmodus facta re diuina: gratulatuſq; deæ feſtũ agitabat:pompãq; gaudẽs frequentabat. Sed & populus oĩs ꝓ impatoris ſalute diẽ lætabundus celebrabat : Quę aũt ratio ſit. cur huic dee tm̃ honorẽ Romani habebãt:non alienũ uidet̃:quantũ ex hiſtoria ac cœpimus cõmemorare: p̃ſertim cũ ea res plæriſq; græcoꝝ ignota eſſe ui deatur. Ipſum igit̃ ſimulachrũ cælitus : ut aiunt demiſſum:neq; qua ſit materia:nec a quo fabricatũ artifice ſatis conſtat:neq; plane hominũ ma nibus credit̃ factũ:Hoc igit̃ decidiſſe cælitus ferunt in quendam phrygiæ agrũ:cui nomen peſſinuti: a caſu eius ſimulachri factũ putant:ibi enim a principio cõparuiſſe:licet apud alios cõperiã pugnam:illic Illũ phriga tã talumq; lydum inter ſe cõſeruiſſe:ſiue de uia ortã:ſiue potius ob raptum

Ganymedis. Cūq; diu æquis uiribus decertatū foret: ac permulti utrinq; cecidissent nomen ex ea clade loco esse impositū. Hic etiā fama fert Ganymedem ipm: trahētibus in diuersa germani atq; amatoris manibus uita eē orbatū: sublatūq; e medio pro calamitatis solatio: relata ad iouē rapto rem fabula diuinis fuisse honoribus affectū. In hoc quē diximus Pessinū te phryges olim orgia colebant: ad ipm fluuiū Gallū a quo etiā euirati deæ sacerdotes cognominant. Sed ubi res Romana creuit: respōso accœpto māsurū imperiū atq; ad sūmum auctū iri: si Pessinūtiā deā ad se transferrēt: missi in phrygiā legati sunt: petitū deæ: simulachrū quod quidem facile cōcessum est: cōsanguineos se dictantibus atq; oriundos ab Aenea phryge. Cum itaq; nauigio deuectū simulachrū ad ipsas Tiberis fauces appulisset: quibus tum Romani uice portuū utebant: confestim diuina quadā ui nauigiū substitit: neq; ullis Romani populi certatim trahentis moueri uiribus potuit: donec uestalis sacerdos adesset. Ea cū uirginitatē perpetuo seruandā poluisse falso argueret: dānationē metuens: supplex petiit a populo: ut iudiciū de se deæ Pessinuntiæ cōmitterēt: quo ipetrato zonā recinxit: clare p̄cata: ut si intemeratā se esse ac uirginē dea sciret: nauim p̄gredi iuberet. Quæ ubi dixit stati alligata zona manuducta nauis sequi cœpit: Ita sunt pariter Romani manifestā numinis diuinitatē atq; innocentiā uirginis admirati. Sed hæc hactenus de Pessinuntia dea prolixius etiā fortasse q̄ decuit: haud insuauem tamen scientiā allatura iis qui res romanas minus cognitas habeant. Cōmodus aūt euitatis Materni insidiis maiore se custodia muniebat: rarius prodire in publicū: plerūq; tēporis: in suburbanis aut in principalibus p̄diis procul ab urbe cōsumere: abstinere prorsus ab iurisdictione omniq; actu impatorio. Per idē tēpus: accidit ut ingens Italiā quidē uniuersam pestilentia occuparet: sed in ciuitatem Romanā uehemētius tamen sæuiret: utpote quæ & per se populo abundaret: & aduenas toto orbe cōfluentes exciperet. Quare magna iumentoꝝ atq; hominū strages cōsecuta. Tum Cōmodus ita scilicet quidā medicinæ periti persuaserant Laurentū secessit: q̄ frigidior ea regio sit: siluisq; e lauro permultis opaca: a quo etiā regioni inditū nomen: Valere enim plurimū aiebant: ad aeris euitanda contagionē: cum odores laurorum tum ipsarū amenitatē umbraꝝ. Quo circa in ipsa quoq; urbe de medicoꝝ sententia plericq; unguentis suauissimis nares atq; aures opplebant: suffituq; & odoramentis assidue utebant: quod meatus sensuū: ut quidā uolunt odoribus illis occupati neq; admittant aera tabificū & si maxime

admiſerint tamen eum maiore quaſi ui longe ſuperari. Cæterū nihilo ſecius morbus ingraueſcere: hominesq; paſſim & pecora inter hoies agitātia interi re. Sed & fames eo dē tpe ciuitatē oppreſſerat. Hac de cauſa Cleāder erat q dam phryx genere ex ea nota hominū qui publice per p̄conē uenerint. Hic cū in domū impatoriā ſeruitio eēt traditus: & cū ipſo Cōmodo accreuiſſet: eo ſcilicet honoris atq; auctoritatis prouectus eſt: ut & corporis cuſtodiā & cubiculi curā: p̄terea militū præfecturā ſolus obtineret: Cæterū diuitiæ ac lu xus etiā illū ad imperii ſpem inſtigabāt. Quocirca grandi coacta pecunia plurimū frumenti coemit: Id aūt occluſum habebat: ſperās ſibi Romani po puli atq; exercitus uoluntates adiuncturū: ſi prius rei& neceſſariae penuria la borātes: magnis repēte largitōibꝰ demereret̄: Idē Gymnaſiū quoq; maximū exædificauerat: publicatis etiā balneis: ut eo modo populū ineſcaret: At Ro mani infenſi iam pridē: ac totius cauſam peſtilentiæ in eū conferentes: ſimul peroſi animū diuitiis inexplebilē: prius quidē confertim per theatra identidē hominē traducebāt: Dein: agēte in ſuburbanis Cōmodo: repēte uniuerſi ma gnis clamoribus cōcurrerunt: Cleandrū ad necē depoſcētes. Cum autē ſubur banum omne tumultu cōpleret̄: & Cōmodus ipſe in alto receſſu uoluptati bus īdulgeret: inſcius quæ gererent̄: nam id Cleander cauerat: repente extra omniū expectationē: armati equites principis erruperūt: Cleandri iuſſu pror uentes obuiū quēq; ac vulnerantes. Neq; ſcilicet populus excipere illoꝝ im petū ualebat: inermis armatoꝝ: pedeſter equitū. Quare fuga facta in urbem reiiciunt̄: ibiq; permulti: neq; modo quos ferro milites conficiebant: neci de diti. ſed quos etiā ipſi proculcauerāt equites: qui aut conferta turba: aut equi tum incurſu cōflictabant̄. Igitur ad urbis portas ſine ullo impedimēto perſe cuti magnā populi partē interfecerūt: Qui aūt in urbe remanſerāt: calamita te ſuorū intellecta clauſis domibus: cum in tecta & culmina euaſiſſent: lapidi bus teguliſq; equites deſuper inceſſebant. Itaq; ſtatim cōuerſa fortuna eſt: nul lo in manibus decertare auſo: ſed omni multitudine deſuper quaſi ex tuto di micante. Quocirca faucii magna pars: cum tollerare iā ulterius nequirēt: ter ga fugæ mādarunt. Multi itaq; cadebāt crebro teloꝝ iactu: multi equis excu tiebant̄: inter deuolutos lapides fallente ueſtigio lapſantibus. Sed & pedites qui in urbe ſtationes habebāt: populo ſuppetias aduerſus inuiſos ſibi equi tes raptim tulerunt. Itaq; cū ciuile bellum eſſet: nemo tamen quæ gererent̄: nuntiare Comodo audebat: metu Cleādri potētiæ: donec maxima natu ſo ror Fadilla noīe: accurrēs ad impatorē: quippe facilis aditus ſorori: crinibus ſolutis: proiecta humi: ac plane in lugubrē habitum deformata. Tu quidē iquit o princeps ocium agitās: & omniū quæ gerant̄ ignarus: extremo in pe riculo uerſaris: nos autē ſanguis tuus propemodū occidimus. Actum de po

pulo Romano. Actum magna ex parte de exercitu eſt: & quæ nec a barbaris quidem: nos paſſuros expectabamus: ea nobis domeſtici faciunt: & in quos maxima cõtuliſti beneficia: eos primos inimicos habes: Cleãder aduerſus te populũ & exercitũ armauit: quorũq; alteris inuiſus ẽ: alteris carus: utriq; tamen in armis ſunt: cædẽq; inter ſe patrant: & ciuili ſanguine Romã replent. Sed in nos uidelicet utriuſq; multitudinis recidet calamitas: niſi tu q̃ primum neci dederis ſceleratiſſimũ famulũ: qui tantæ cladis illis iam fuit: nobis mox futurus eſt auctor. Hæc loquens ueſtẽ ſcidit: multiq; itẽ qui aderant: ſumpta de uerbis mulieris audacia: Cõmodũ territabant. Is expauefactus: Cum iam nõ ut ipendens: ſed ut p̃ſens piculum formidaret: acciri ad ſe Cleandrum propere iubet: nihil dum certi ſcientẽ: ſed tamen aliquid ſuſpectantẽ impatori renunciatum: accedentẽq; ad ſe impat cõprehendi: & caput eius amputatũ contoq; p̃fixum circunferri: uoluptuoſum ſcilicet atq; optatum populo ſpectaculum p̃biturus: ita id malũ ſedatum: atq; utrinq; dimicatio dirẽpta. Siquidem milites cũ occiſum uiderent: pro quo decertabãt: irã quoq; impatoris formidabãt: cui uerba data: nihilq; nõ factum cõtra illius ſententiã cõpererant: populus contra ſatiſfactũ ſibi autoris ſuplicio putabat. Sed & liberi Cleandri: binos enim uirilis ſexus habebat: & quotquot illius amici fuerant: ad unum oẽs contrucidati: tractaq; per urbẽ cadauera: & cõtumelioſe habita poſtremo in cloacas abiecta. Hic finis Cleãdri fatoꝝ fuit: quaſi in uno illo uelut ambitioſius oſtentaret natura: ut ſic dixerim: humana poſſe ex infimo loco ad ſupremũ faſtigiũ euehi hoĩem: atq; euectũ dein rurſum deturbari: q̃libet exiguo atq; inſperato fortunæ momento. Cæteꝝ Cõmodus tametſi uerebat̃: neqd fortaſſe populus ẽt cõtra ſe noui moliret̃: tamen ſuadentibus amicis in urbẽ reuerſus eſt: ac lætis acclamationibus: magnoq; comitatu excœptus: in aulã p̃cipalẽ ſe cõtulit. Enim uero ex illo: tot aditis iã piculis: cœpit nulli ſatis cõfidere: ſed occidere hunc atq; illũ: nulli nõ calũniæ fidẽ accomodans. Ad hæc neminẽ cui uirtus ulla eſſet: amicũ ſibi adiungebat: ſed a cunctis æque rectis ſtudiis aĩum auocauerat: quippe quem die noctuq; aliæ ex aliis effrenæ corporis uoluptates: grauiſſimo ſeruitio p̃mebant: neminẽq; nõ a limine uelut inſi diatorẽ ſũmouebat: quemcũq; aut ꝓbitas: aut diſciplina ulla: etiã mediocris: illuſtraret: ſcurræ uero: & qui turpiſſima quæq; repſentabant: eũ quaſi addictum ſibi habebãt. Aurigando etiã: beſtiiſq; cõficiendis ſupramodũ exercebatur: ob quæ ſtudia adulatores eũ fortitudinis gloria celebrabant: quare illa minus decore tractabat: q̃ modeſto principi cõueniebat. Extitere ea tẽpeſtate etiã quædã in cælo ꝓdigia: Stellæ enim p̃ diem ꝑpetuo apparuerũt: quædã q; ex his in longũ ꝓductæ: medio quaſi aere ſuſpenſæ uidebant̃: p̃terea aĩalia: omne genus: minime ſuã naturam ſeruantia: cũ figura corporis ꝓdigioſa tũ

membris haudquaq̃ congruentibus edebant̃: maximũ autem nephas: cũ in
præsens dolorẽ attulit: tum in futurũ pessimo augurio uniuersos cõteruit:
Nam cũ neqꝫ hymbres ulli: neqꝫ nubes: tantũqꝫ exiguus terræmotus antecef
sisset: seu nocturni casu fulminis: siue igni aliquo in ipso terrarũ motu: uelut
extrito: totũ deimprouiso pacis tẽplum cõsumptũ incendio est: quod unum
scilicet opus: cunctorꝫ tota urbe maximũ fuit: atqꝫ pulcherimũ: idẽ temploꝝ
oĩum opulentissimũ: egregieqꝫ munitum: multoqꝫ ornatũ auro & argento:
Quippe uniuersi ferme suas illuc diuitias: quasi in thesaurũ cõgerebãt. Ideo
qꝫ per noctem debacchatus ignis: multos ex opulentis egenos reddidit. Qua
ꝓpter cõmunem quidẽ iacturã: publice oẽs: suam aũt quisqꝫ priuatim deplo
rabant. Sed ubi templũ omne consumptũ ignibus est: plurima q roqꝫ & pul
cherrima urbis ædificia cõflagrarunt: inter quæ etiam Vestæ tẽplum: sic ut
palladiũ quoqꝫ cõspiceret̃: quod in primis colunt: atqꝫ in archano habent ro
mani: troia: ut perhibent: aduectũ: ac tunc primũ postq̃ in Italiã deuenit: con
spectũ ab hominibus: quippe raptũ id uestales uirgines media sacra uia: in
aulã imperatoris transtulerunt: Multæ ꝑterea pulcherimæqꝫ urbis partes cõ
bustæ: plurimos dies ꝓpagatum incendiũ: non prius sedatũerit: q̃ repentinis
himbribus extingueret̃. Itaqꝫ totã rem diis imputabãt: eius ætatis mortales:
quoꝝ scilicet uolũtate & incohasse incendium: & desisse arbitrabant̃: ac por
tendi bella: q̃ sunt deinceps insecuta: cõsumpto pacis tẽplo: interpretabant̃:
quam deinceps famã: reꝝ euentus cõprobauit: Enimuero plurimis ac maxi
mis incomoditatibus laborante ciuitate: nõ iam ut antea multitudo beniuo
le Cõmodum aspicere: sed referre oẽs eius calamitatis causam: in illius iniu
stos actus: & ræliqua uitæ crimina: siquidẽ neqꝫ latebant populũ scælera ho
minis: neqꝫ latere ipse uolebat: sed quæ domi nõ sine infamia patrabant̃: ea
etiã in publicũ ostentare haud uerebat̃: eoqꝫ uecordiæ petulantiæqꝫ ꝓcessit: ut
paternũ primo cognomen repudiaret: ac pro Cõmodo Marci filio: Hercu
lem se Iouis filium: iusserit appellari. Depositoqꝫ principũ Romanorꝫ cultu
leonis pellem substerneret: manuqꝫ clauã gestaret: simul purpureas sibi atqꝫ
auro intextas uestes circũdaret: nõ sine oĩum irrisione. Quippe eodẽ schema
te: & fœminarꝫ luxum & heroũ uirtutẽ representabat: talem se uidelicet quot
tidie ꝓstabat. Idemqꝫ mensum noĩa demutauit: ac pro uetustis appellationi
bus: nouas de suis cognominibus imposuit: quorꝫ ad Herculem pleraqꝫ tan
q̃ scilicet ad fortissimũ referrebant̃: quin statuas quoqꝫ sibi tota urbe poni
iussit: Inqꝫ his unam pro curia: quæ arcum contenderet: ut etiam imagines
ipsæ terrorẽ atqꝫ minas pre se ferrent: quã dein tamen senatus post illius obi
tum substulit: proqꝫ ea libertatis imaginẽ reposuit· Cõmodus autẽ cum tẽ
perare iam sibi ultra nõ posset: publice spectacula edere professus: omnis se

ſua manu feras occiſurum pollicebat̃: & cum fortiſſimis quibuſq; iuuenum ſingulari certamine depugnaturũ. Ea cum rumoribus celebrarent̃: concurre bant ex Italia omni: ac finitimis gẽtibus uniuerſi: ad id ſpectaculũ: quod nec antea oculis uſurpauerant: neq; unq̃ fando audierant: ſiquidem ita eſſe certa manus illius dicebat̃: ut quodcunq; deſtinaret: iaculo ſagitaue contingeret: erãtq; cum illo aſſidue: parthoꝝ lectiſſimi ſagittarii: ac numidæ iaculatores: quos ille tamen oĩs: longe artificio ſuperabat: ubi aũt ſpectaculi dies adfuit: pleno amphiteatro: exædificatus Cõmodo peridromus fuerat: per quem de currere in orbem poſſet: ne cominus cũ beſtiis pugnans periclitaret̃: ſed ſu perne: ac de tuto loco tela iaciendo: iaculandi potius ſcientiã: q̃ fortitudinem oſtentaret. Ceruos igitur & damas: item cornigera alia: p̃ter Tauros: currẽs pariter ipſe atq; inſequens impetebat: ac præuenta fuga certiſſimis ictibus p ſternebat. Leones uero & pantheras. aliaq; id genus nobiliſſima aĩalia: cur rens in orbem ſuperne iaculis confodiebat: ſic ut nec telũ quiſq̃ ſecundũ: nec vulnus uiderit: niſi lætiferũ: nam ut primum ſe fera concitauerat: ſtatim illã uel in fronte: uel in corde ſauciabat: nullo p̃terea uſus ſcopulo: neq; ad aliam corporis partem telo deſtinato: ſic ut pariter cũ vulnere ipſo cõficerent̃. Cæ terum beſtiæ conquirebant̃ undiq;. Ac tũ primũ uidimus: que antea in pictu ris mirabamur. Quippe ex india æthiopiaq;: itemq; a meridie & ſeptentrioni bus: quicquid incognitũ prioribus ſæculis fuerat: cõfecit ille pariter: atq; oſtẽ dit: nullo non obſtupefacto: tam certa illo manu: tamq; nuſq̃ telis aberranti bus: idem aliquãdo ſagittas lunatæ cuſpidis in mauruſias ſtruthos intorque bat: quæ & pedũ celeritate: & alarũ quaſi uelis ociſſime ferebant̃: ſic ut ſũmũ cũtingeret collum: atq; capita amputaret: ut exectis ceruicibus: qui teli impe tus fuerat: aliquandiu tamen uiuentibus ſimiles curſum cõtinuarent: quin & pantherã: quæ ſcilicet eductũ quendam in harenã: curſu accerimo cõprehẽde rat: ſic ut iam iam laniatura uideret̃. ita oportuno vuluere conſecutus eſt: ut interfecta belua: hominẽ ſeruauerit: ac dentiũ quoq; aciem: cuſpide ipſa iaculi præueniret: Leones item e cauea centũ eductos: totidẽ miſſilibus uniuerſos occidit. Ita ſuo ordine iacentibus corporibus: ut numerari facillime ſingula poſſent: nullo ſcilicet ſuperuacuo incidente telo. Hactenus igitur que gerebã tur: quãuis a principe aliena uiderent̃: tamen quoniã fortitudinẽ ſcientiamq; pre ſe ferrent: populare quandã gratiam emerebant̃. Verũ ubi iam nudus in greſſus amphiteatrũ ẽ: ſumptiſq; armis: numeros gladiatorios implebat: tũ uero triſte Romano populo ſpectaculũ id uiſum: nobiliſſimũ impatorẽ poſt tam multos parentis ſui: maiorũq; triumphos: non quidẽ aduerſus beluas ar ma capere militaria: uel Romanoꝝ imperio congruentia: ſed ampliſſimã dignitatẽ turpiſſimo: fœdiſſimoq; cultu contaminare: Facile autẽ dimicãs ſu

os compares ſuperabat: neq; tamẽ ultra vulnera procedebat: dante unoquo
q; manus: atq; imperatorem potiuſq; gladiatorem agnoſcente: eoq; ueſaniæ
prouectus eſt: ut deſerere principalem aulam: atq; in ludũ gladiatorium mi
grare inſtitueret: neq; ſe amplius Herculẽ appellari patiebatur: adoptato no
biliſſimi gladiatoris nomine: qui iam uita exceſſiſſet: quin ſimulachro illi co
loſſeo: quod Romanis uenerabile eſt: ſolis effigiẽ gerens: capite dempto: ſuũ
impoſuit: atq; in baſi ſubſcripſit: non quos conſueſſet: imperatorios pater
noſq; titulos: ſed pro Germanico mille gladiatorũ uictorẽ: Cæterũ ipm quo
q; deſinere aliquando ab ſua uecordia: & ciuitatẽ tyrannide liberari oporte
bat: idq; anno ineunte: quẽ diem Romani feſtum agunt: ad Ianum uetuſtiſſi
mum Italiæ deũ: referẽtes: cuius etiã Saturnũ ipſum: ab Ioue filio pulſum:
fuiſſe hoſpitẽ prædicãt: & quod ibi latuiſſet nomen Latio inditũ. Quocirca
etiam nunc Romani Saturnalia prius: dein uero initiũ anni: more ſuo con
celebrant: eſtq; eius dei biceps imago: ut a quo incipit: & in quẽ deſinit ãnus.
Cum igitur hunc diem feſtũ ciuitas agitaret: in quo Romani inuicem ſe co
lunt ſalutantq;: & nomiſmata: alter alteri: cæteraq; omnifariã munera miſſi
tant: ſummiq; magiſtratus: conſpicuã ſibi & ſolẽnem purpurã induunt: uni
uerſis diem concelebrãtibus: ſtatuit Cõmodus: nõ quidem ex imperatoriis:
ut mos erat: ædibus: ſed ex ipſo gladiatorio ludo prodire in publicũ: ac pro
eleganti ueſtitu: purpuraq; imperatoria: procedere armatus: deducente glà
diatorũ agmine in cõſpectũ Romani populi: Quod ubi cõſiliũ ſuũ ad Mar
ciam retulit: unam e ſuis concubinis: cui ſcilicet plurimũ deferebat: ac prope
uxoris eam loco habebat: ſic ut p̃ter ignem: omnes honores: uelut Auguſtæ
tribuerentur: intellecto mulier tam abſurdo turpiq; conſilio: orare multis la
chrimis ſupplexq; ad genua accidere: ne aut Romanũ imperium pollui pate
retur: aut ipſe uitam ſuam perditis ac deploratis hominibus: tam periculoſe
comitteret: ſed cum nihil profeciſſet: lachrimans diſceſſit. Ille p̃fectum exer
citibus Lætum nomine: & Electũ cubiculi cuſtodem: ad ſe accitos parare iu
bet in ludo ipſo gladiatorio: quo ſe dormitũ recipiat: ut illinc ad ſacrifican
dum mane procederet: ac ſe armatũ Romano populo oſtentaret. Illi multis
p̃cibus perſuadere tentabant: ne quid indignũ principe conaret̃: quibus Cõ
modus ira percitus faceſſere ab ſe iuſſis: ſtatim in cubiculũ reuerſus: ut quem
admodum conſueuerat meridiaretur: ſumpto in manus libello: quales: de
phylira tenuiſſimi: atq; in utrãq; partem replicabiles fiunt: conſcribit in eo
quoſcunq; illa nocte interficere deſtinauerat. Ex quibus prima erat Martia:
mox Lætus atq; Electus. Poſt hos ingens eorum numerus: qui plurimũ au
ctoritatis in ſenatu obtinebant: ſiquidem ſenes uniuerſos paternos amicos
tollere e medio: ne cenſura illorum ſua interpellarent̃ flagitia: bonaq; ipſa di

uitum:dilargiri partim militibus:partim gladiatoribus decreuerat:ut alteri defenderent:alteri oblectarent. Eum igitur libellum ita conscriptū : supra le ctulū depositit:neminem ad se introiturū suspectans. Erat autem puſio qui/ dam infans adhuc:ex ea nota qui uestitu cætero nudi:sed auro gemmisq; or nati solent delicatissimo cuiq; Romanorū esse oblectamento. Isita Cōmodo carus erat:ut cum illo persæpe etiam cubaret : ac Philocōmodus appellare tur:ipso indicāte noīe amorē principis:Hic itaq; puer forte ludibūdus:occu pato inter balnea & crapulas Cōmodo:cubiculū: ut consueuerat ingressus: sumpto in manus libello:quicum lusitaret: foras processit:ac forte quadam in Marciam incidit:quæ cum puerum etiam ipsa diligeret: complexa prius atq; deosculata:libellum manu aufert : uerita ne quid ob infantiam insçius puer rerum fortasse grauiorū:labefaceret: Agnita dein Cōmodi manu:ac le gendi cupidine illecta:ubi funesta contineri:ac se primā peti intellexit: Lætū q; & Electum subsequi:tātamq; deinceps reliquoꝝ futurā cædem:hæc secū in gemiscens consusurabat. Euge Cōmode hæccine præmia beniuolentiæ amo risq; sunt? Ita scilicet de te merui? cum tam multos annos contumelias:ebrie tatemq; tuam pertuli? Sed nequaquam tibi hæc ita successerint:uiro temulē to aduersus sobriam mulierem:His dictis Electum ad se arcessit:quem etiam ipsa aliquādo per se conuenire:utpote cubiculi custodē solita:& cum eo quo q; stupri habuisse cōsuetudinem credebatur:traditoq; in manus libello: Vide inquit Electe cuiusmodi sumus hac nocte festum celebraturi. Is eo lecto expa uefactus:erat autē egiptius genere:audax homo: ac promptus & irasci faci lis:statim signatum libellum per hominem sibi fidum Læto legendum mit tit:qui item exterritus ad Marciam contendit:simulans de his ire se consulta tum:quæ ad cōcinandum ex iussu principis ludum gladiatorium pertinerēt: Hoc igitur usi prætextu cōstituunt:aut faciendū sibi quamprimū: aut patiē dum aliquid:nullum moræ locum: nullum procrastinationi esse : placitum autem est rem ueneno agi:quod se facile daturam Martia recœpit:quippe so lita primū illi miscere atq; offerre poculum:ut ab amica porrectum suauius biberetur. Igitur redeunti ex balneis: comixtum uino odoratissimo uenenū in calice obtulit:ille diu lauando uenandoq; collecta siti: ueluti de more pro pinatū sibi temere interbibit : Quare statim capitis grauedine occupatus: atq; in soporem prolapsus : cum id ex labore accidisse opinaretur : quieti se tradidit. Electus autem & Martia recedere omnes cōfestim:& suam quemq; domum reuerti iubent: ne somni indigum Commodū expergefacerent : Id autem alias quoq; ex ebrietate nimia facere consueuerāt. Nam cum uel bal neis uel epulis operam daret:nullum scilicet habebat præstitutū quieti tēpus: Et enim aliæ ex aliis uoluptates:æque iter se maximæ diuersæ seruire sibi ho

minem etiã inuitũ quocumq; tempore ſubigebãt: Pauxillum igitur cum re
quieſcet: ac iam ſe ad ſtomachũ & aluum ueneni uis inſinuaſſet: oborta uerti
gine: uomitus: & quidem affatim: cõſecutus eſt: ſiue ipſo cibo quem largiter
ante ſumpſiſſet: multaq; meri potione uirus expellente: ſeu quoniam princi
pibus mos eſt: anteq̃ cibum capiant: medicamento uti: quo uenena prohibe
ant̃: cæterũ cũ multũ euomuiſſet: ueriti illi: ne ueneno quoq; omni eiecto col
ligeret ſeſe: atq; una omnes cædi imperaret: perſuaſerunt: magna mercede
Narciſo cuidam audaci ſtrenuoq; adoleſcenti: ut ipſum in cubiculo ſtrangu
laret: Hunc finem uitæ Cõmodus habuit: tredecim annos poſt parentis obi
tum imperio adminiſtrato: unus omniũ ante ſe imperatorum nobiliſſimus:
omniũq; eius ætatis hominum formoſiſſimus: quod ſi dicendum de fortitu
dine quoq; eſt: ne in hoc quidem cuiq̃: præſertim deſtinandis ictibus: cõceſſu
rus: ſed tamen totã uitæ rationem ſtudiis: ut dictum eſt: fœdiſſimis contami
nauit.

LIBER SECVNDVS.

CCISO COMMODO: quemadmodũ ſuperiore uo
lumine demonſtrauimus: cũ cælare factũ interfectores: &
o aulicas excubias fallere uellent: uili quodã ſtragulo inuo
lutum conſtrictũq; corpuſculũ: ac duobus exploratæ fidei
famulis impoſitũ ædibus exportandũ: uelut aliquid ſuper
uacuũ ex cubiculi ſupellectile curauerũt: Qui aũt exporta
bãt p medios euaſere cuſtodes: partim ebrios dormitãteſq; : ac manu lãguida
tenentes haſtilia: partim etiã ſocordes eorum: quæ ad ſe parũ pertinere arbi
trabantur. Ita corpus principis furtim elatum: ac per noctẽ uehiculo impoſi
tum in Ariſteũ miſerunt: Lætus autem & Electus Martiaq; quid agẽdum fo
ret diu deliberato. Tandem decreuerunt ita de eius morte rumores ſerere:
quaſi repẽte in apoplexiam incidiſſet: quod facile de illo creditũ iri exiſtima
bant: quẽ conſtabat identidẽ ſolitũ imoderatis æpulis ſaginari: ſed ante om
nia tamen uiſum eſt: aliquem prouectum ætate ac modeſtum hominem deli
gere ad imperiũ: per quẽ & ipſi incolumes forent: & oẽs a ſæua ĩmoderataq;
tyrãnide reſpirarẽt. Igit̃ diu cõſultato: neminẽ: ſic idoneũ inuenerunt: ut Per
tinacẽ. Erat aũt Pertinax gener̃ Italus: domi belliq; rebus geſtis Clarus: mul
tiſq; iſignis tropheis: q̃ aduerſum Germanos: atq; oriẽtales Barbaros erexe
rat: unuſq; erat reliquus: e grauiſſimis illis uiris: quos pr̃ Cõmodo amicos
reliqſſet: cuiq; plurimũ ex oĩbus ſociis ducibuſq; detulerat: tutus hactenus:
uel grauitatẽ ipſam uerito: uel ob pauptatẽ hoĩs diſſimulãte Cõmodo: ſiqdẽ

id quoq; illius laudibus accedebat: quod cū plurima omniū administrasset: tamen erat omnium pauperrimus. Hunc igitur Pertinacē nocte intempesta sopitis omnibus: Lætus atq; Electus cum paucis eiusdē factionis adeunt: et cum ianuam occlusam offendissent: ianitorē excitarunt: qui ubi adaperuit: militesq; & Lætum præfectū adesse uidit: perterritus atq; expauefactus Pertinaci renunciat. Is admitti illico iubet: euentura mox inquiens q̄ sibi ad eam diem mala præsagiuerat. Tanta porro fuit animi cōstantia: ut ne lecto quidē se mouerit: aut habitum oris demutauerit. Sed ingressis Læto atq; Electo q̄uis ad se occidendū missos crederet: pleno audaciæ vultu minimeq; pallenti: Iampridem inquit hunc exitū uitæ: singulis etiam noctibus sperabā: qui ex omnibus paternis amicis unus adhuc essem reliquus. Itaq; demirabar: quonam tam diu rem differret Cōmodus: proinde quid statis? quin facitis imperata? meq; a tristi aliquādo ac perpetua formidine liberatis? Ad hæc Lætus desine inquit indigna: teq; & superiore uita tua fabulari: neq; nos mortē tuā sed salutem: cum nostrā: tum Romani imperii petitum uenimus. Iacet enim tyrannus: debitasq; luit pœnas: ea passus a nobis: quæ in nos facere molieba tur: quare huc adsumus imperiū tibi tradituri: quē unum ex omni senatu uel temperantia uitæ uel auctoritate: uel ætate etiam: & grauitate morū: scimus esse prestantissimum: carūq; populo & uenerabilē: sperantes: quod agimus & optabile illis: & nobis salubre futurum. Ad hæc Pertinax: desinite inquit senem ludere hominē: atq; ita timiditatis arguere: ut prius decipere: dein occidere studeatis. Atqui inquit Electus: quando nobis parum credis: cape libellum hunc: nam manum certe agnoscis Cōmodi: ac tute lege: cognosces, pcul dubio: quantum effugerimus periculi: neq; tentamentū aliquod in nostris rebus: sed ueri fidem deprehēdes: Quod ubi Pertinax fecit: iam profecto uiris antea quoq; sibi amicissimis credendū ratus: intellecta omni re: totum se illorum potestati permisit. Placuit igitur primo exercitū adiri: ac militum tentari aīos: quos tamen Lætus in sententiā suam facile se adducturū pollicetur: quippe cuius aliqua: utpote p̄fecti futura esset: apud illos auctoritas. Quo circa oēs quotquot aderant: ad exercitū festinant: cum iam multū noctis processisset: instante calendarū Ianuariarū die. Mittunt præterea fidos homines: qui passim rumorē dissemināt: uita defunctū Commodū: Pertinacemq; iā imperaturum: contendere ad exercitū: qui ubi rumor euagatus: repente populus uniuersus lymphato similis ebaccari: & discurrere per uias: ac lætabūdi omnes renunciare: pro se quisq; amicis: quibus aut dignitas aut diuitiæ superabant: nāq; illis potissimū discrimen impēdebat a Cōmodo. Ibant igitur ad tēpla & aras diis gratulatū: alii alia uociferātes: q̄dam iacere tyrānū: pars gladiatorē: nōnulli etiā multo his fædiora: quæq; hactenus metus repressérat:

ea nūc licētia ac libertate oborta: īpune iactabant̄: ſed & pleraq; pars populi curſu cōcitato: ad exercitū cōtendebat ueritis oībus: ut ſatis libenter impato rem Pertinacē milites acciperent: quippe moderatū principē non ſane nimis ex ſententia futurū ſperabant militibus: qui ſcilicet tyrannidi ſeruire: uimq; omnē: ac rapinas exercere conſueuiſſent: Itaq; uelut ad obſequiū impulſuri confluxere ad caſtra frequētes: quo ubi peruentum: ingreſſi Lætus & Electus una cum Pertinace ſunt. Ibi conuocatis militibus: ad hunc modum Lætus uerba facit.

Cōmodus imperator ueſter: Apoplexiæ morbo interiit: cauſa mortis nemo alius: ſed ipſemet ſibi. Nā cū fruſtra nos optima atq; ſalubria ſubiiceremus: gerens ille ſe quēadmodum omnes noſtis: cibo potuq; nimio: ſuffocatus eſt: atq; is quidem ſuo ſibi fato extinctus periit. Quippe non una eadēq; cunctis hominibus: mortis cauſa: ſed aliæ aliis: cunctæq; tamen ad eundē tendentes uitæ finē: Verum pro illo adducimus uobis ipſi: ac Romanus populus: ui rum ætate grauem: uita moderatū: militaris diſciplinæ pertiſſimum: cuius bellicam uirtutem uos quidem ueterani ſæpenumero experti: cæteri tot an nos urbi præfectum: non honore ſolū: ſed etiam admiratione digniſſimū iu dicaſtis: Igitur fortuna non principem ſolum uobis dat: ſed parentem quoq; optimū: cuius principatus: nō uobis modo: qui eum præſentes tuemini: ſed his etiam iucundiſſimus futurus eſt: qui ripas fluuiorū: ac Romani termi nos imperii defenſant. uidelicet res eius p̄clare geſtas memoria retinentibus: neq; uero iam barbaros nobis pretio conciliabimus: ſed eorum memores: quæ hoc duce ppeſſi ſunt: metu potius ſubigent̄. Hæc dicente Læto: minime iam ſe cohibuit Populus: quin ceſſante adhuc & dubitabundo milite: augu ſtum illū declararet: patrēq; appellaret: & fauſtis oībus acclamationibus pro ſequeret̄. Idem etiā milites factitabant: quamq̄ non pari alacritate: ſed circū fuſa undiq;: ſermonibus feſtū agitātibus diē: populi turba: facile illos acclama re ac Pertinacē uocare auguſtū coegit: Mox iurati de more in illius nomen: factaq; re diuina: laureati ois populus atq; exertitus proſequebant̄: ſed poſt q̄ in aulam imperatoriā per noctē: ut diximus: a milite populoq; deductus magnis curarū motibus æſtuabat: & quamuis animo eſſe forti conſtantiq; ui deretur: tamen illum uehementer præſentia territabant: non de ſalute ſua ma gnopere ſolicitū: quippe alias grauiora pericula contēpſerat: ſed repentinæ tyrānidis mutationē aio uerſantē: nobilitatēq; nōnullorum ſenatorū: reputā tem: quos minime paſſuros arbitrabat̄: poſt imperatorem generoſiſſimum: recidiſſe principatum: ad hominem priuatæ ſtirpis: atq; obſcuræ. Nam ſi ui ta ipſius plane temperans: ac frugalis audiebat: maximamq; in bellicis ne/ gotiis gloriam fuerat adeptus: attamen claritate generis impar habeba

tur. Igitur poſtq̃ diluxit: in curiã ſe contulit: neq; ignem ſibi præferri: neq; ulla principatus inſignia paſſus attoli: donec ſenatus ſententiã ſciſcitaretur. Sed eum oẽs ſimul atq; uiderunt: lætis acclamationibus unanimiter excœperunt: Auguſtũq; & impatorẽ cõſalutarunt. At ille recuſare inſtitit: tanq̃ rem iuidioſam: nomẽ impii: cauſariq; ſenectutẽ: ac ueniã orare: Multos eſſe dicti tans patricios uiros: quibus magis impium cõueniret: ſimul Glabrionẽ manu cõprehenſum ꝓtrahens: ſeſſitare imperatoria ſella iubebat. Erat enim ille oĩum patricioꝝ nobiliſſimus: ad Aeneam Veneris & Anchiſe filium ſeriem generis referens. Idemq; iterũ cõſul: qui tamen ita tũ locutus eſt. Equidẽ ego met quẽ tu oĩum putas digniſſimũ: cedo tibi impio: atq; una mecũ ſenatus oĩs: ſũmã tibi poteſtatẽ decernimus: Ibi uero ille: uim pœne afferentibus: atq; impenſe rogantibus uniuerſis: uix tandẽ dubitabundus ſellam imperatoriam conſcendit: atq; orationem huiuſcemodi habuit.

Conſenſus hic ueſter: ſtudiũq; eximiũ: uni mihi plurimũ in tãta iſta nobilitate deferendi: cũ omni adulationis ſuſpicione uacet: argumentũq; beniuolentiæ fidemq; ꝑferat: aliũ fortaſſis audatiorẽ atq; alacriorem redderet: ad ea q̃ traderent̃ ſuſcipiẽda: ſperantem facili ſe gubernatione uſurũ: qui tantã in uobis beniuolentiã aĩaduerteret. Me aũt cõtra: magna iſta ſcilicet: atq; egregia ſicut honoris ſenſu obſtupefaciunt: ita metu quodã curaq; ſollicitant. Siquidem arduũ in primis eſt: magnis accœptis beneficiis paria referre: Nã in beneficioꝝ uiciſſitudine: ſi magnã gratiam referat: qui paruã debuerit: non tã facilitas remunerandi expendit̃: q̃ in ipſo argumentũ grati animi cõmendat̃ Sed cũ prior quiſpiam eximia in te quædam cõtulerit: tum ſi illi parum ample demerearis: nõ tam deeſſe quod reponas: q̃ ipſe inops ſenſuum: ac plane ingratiſſimus uideare: Cerno igit̃ iam aĩo: q̃ mihi arduũ ſit ꝓpoſitum certamen: ne tãto a uobis accœpto honore: parum me fortaſſe dignum exhibeã. Quippe nõ in ſella ipſa faſtigiũ dignitatis: ſed in operibus ſitum: q̃ illam minime dedecorent. Nã quantum ꝑterita odimus: tantũ de futuris bene ſperamus: & ut tenax ẽ iniuriaꝝ memoria: quod enim offendit: nunq̃ oblitteratur: ſic beneficia in ipſo excidunt uſu. ſiquidem nõ tam delectat libertas q̃ ſeruitus offendit: neq; habendã quiſq̃ gratiam putat: q; rebus ſuis pro arbitrio utat̃: quippe id ſibi deberi iure autumat: qui uero ſuis exuit̃ bonis: nũq̃ ſane iniuriarum obliuiſcit̃: neq; quiſq̃ lucro apponit: quod utilitatẽ in cõmune pariat: quæ enim publice proſunt parũ cuiq; curæ ſunt: ſin que ꝓpria cuiuſq; ſunt: minus ex ſententia ceciderint: tum nemo ſatis ſecum benigne agi putat. Ad hæc quicunq; enormibus tyrannoꝝ: atq; immenſis largitionibus iſuerũt: ii: ſi frugalius paulo aut cõtinẽtius ex pecuniæ iopia agere inſtituas: nõ tã id moderate cuidã diſpenſationi: prudentiæq; attribuũt: q̃ auaritiã cõti

nuo tibi & ſordes exprobrant. Neq; aũt cogitant neminem poſſe magna cui uis dilargiri: qui ſe a ui: atq; a rapinis abſtineat. qui autẽ recte ac pro cuiuſq; dignitate diſpenſat: non modo nihil cuiq̃ iniuſte erripit: ſed & cæteros frugi eſſe docet: & parcere parto. Hæc igit̃ cum aĩs ueſtris reputantes: adnitimini uos quoq; mecũ patres. cõmunemq; hanc impii adminiſtrationẽ exiſtimare. Quippe in repu. optimatũ: non aũt ſub tyrãnide uicturi: cum ipſi optimam habere ſpem: tũ reliquis etiã debetis polliceri. Hæc locutus ptinax: Senatui aĩum addidit: uotiſq; excœptus: & acclamationibus: habituſq; honorificẽtiſ ſime: Iouis aliorũq; deor& tẽplis cõſalutatis: ſacrificioq; de more facto: in au lam palatinã ſe contulit. Poſtea uero q̃ fama vulgauit: quæ ille in ſenatu di xiſſet: uel ad populũ ſcripſiſſet: læti oẽs agitare: ſperantes ſeriũ ſe & clementẽ principem: parentẽq; adeo magis q̃ impatorem habituros. Nã & militibus edixit: ne cui ex populo cõtumeliã facerent: ne ue quem uiatorẽ pulſarent: cunctaq; denicq; ad honeſti cultũ modeſtiãq; refferebat. Ipe cũ aut ingrederet̃: aut ius diceret: comẽ ſcilicet ac manſuetã indolẽ oſtendebat: & cũ Marcũ in primis referre uideret̃: ſeniores qdem admonitu delectabat: reliquos enim a crudeli cõtumelioſaq; tyrannide ad modeſtã uitam tranquillãq; uindicatos: facile ad ſe amandũ ipulerat. Quæ cũ fama latius euagaret̃: nationes oẽs at q; exercitus ſubiectos Romanis: aut amicos ad deferendos ei diuinos hono res incitauit. Quin barbari quoq;: ſi q aut frenos depulerant: aut ſeditiones moliebant̃: metu uirtutis: quã p̃ ſtitiſſe eũ ſupioribus belIis meminiſſent: iu ſticiæq; fide cũ neminem ab illo ſcirent ultro offendi: ſed gratiã cuiq; p meri tis referri: uinq; abeſſe: & crudelitatẽ: ſponte illi ſe dediderunt. Legationes p̃terea undiq; cõfluebãt gratulatũ Ro. populo: quod Pertinacis ipio guber narẽt̃. Sed: quod pleriſq; oĩbus publicæ priuatimq; gratũ fuit: modeſtũ mã ſuetumq; principẽ populo Romano cõtigiſſe: Id uero urbanæ cohortes ipa torum cuſtodiæ adhibitæ grauiter moleſteq; ferebant. Siqdem a rapinis iniu riiſq; ad tempatũ uitæ cultũ reuocatæ: ac mitẽ illã ciuilẽq; gubernãdi rõnem: in cõtumeliã ſuam ac dedecus accipientes: ut ex quo licentiã ſibi ademptam intelligerẽt: nullo iã pacto rectorem huiuſcemodi tollerandũ ſtatuebant. Igit̃ principio cõtumatiores ſe gerere: minuſq; dicto audientes eſſe: poſtremo nõ dum bimeſtri impio expleto: cũ qdem ille nõ iam dubium ſuæ p̃bitatis ſpeci men dediſſet: aniuerſis in optimã ſpem erectis: inuidiæ repente mala ſors: ĩ omnia funditus euertit: ſic ut egregii illi conatus uehementer oĩbus profu turi: in medio quaſi curſu p̃laberentur. Nam primum quidem quicquid in Italia aut alibi gentium inculti ſoli: etiamq; ſub regibus uacaret: id totum occupantibus: & colentibus adiudicauit: Decemq; annorum imunitatem: ac p̃petuam libertatem agricolis cõceſſit: imperatoriis autem poſſeſſionibus

nomen ſuum inſcribi ꝓhibuit: nō eſſe illas dictitans impantium ꝓprias: ſed cōmunes Romanoꝝ & publicas: Vectigalia quoq; oīa quæ ad cōtrahendas pecunias tyranni excogitauerāt: in fluuioꝝ ripis: in urbium portibus: perq; uias & itinera pœnitus remiſit: atq; in antiquā libertatē reuocauit: Multaq; itē ad idē exemplū facturus uidebaī: nā & delatores urbe exegerat: & ubiubi inuenirenī puniri impauerat: cauens ne cui de uanis criminibus periculum cōflareī. Ergo in maxima trāquillitate ſeſe: beatiſſimoq; rerū ſtatu uicturos: ſenatus cæteriq; arbitrabanī. Siquidē adeo ſe æquabilē paremq; cæteris ꝓſtabat: ut filiū quoq; iā adoleſcētē: in aulā palatinā nunq̄ adduxerit. ſed itra priuatos parietes cōtinuerit. Sic ut ī ludū quoq; lītarium: atq; in gymnaſia: de more itaret: nihil priuatis abſimilis: erudireturq;: & oīa pinde ut quiuis e medio agitaret: neq; ullā aut tyrannicā aut omnino impatoriā pompā oſtentaret. Cum in hac moꝝ uitæq; modeſtia ageret: ſoli ſcilicet prætoriani milites ꝓſentē reꝝ conditionē: haud ſatis æquo animo ferentes: ueterē illam licentiam uiolenter ſe gerendi: raptādiq; oīa affectabant: interq; uina & æpulas cōſilia inierunt: Pertinacē e medio tollendi: grauē ipſis atq; oneroſum: alterū q; eius loco imponēdi: rebus romanis indulgentē: atq; intemperantē: nihilq; deniq; nō licentiæ ꝓbiturum. Igiī confeſtim haud opinato cunctis ociū agitātibus: turbidi ac furentes militari curſu: meridie ipſo: protentis haſtis: nudis gladiis frequentes ad impatoris ædes feruni: Re autē ſubita inſperataq; perterriti cubicularii palatini: pauci plurimis: & īermes armatis minime reſiſtere auſi: relicta ſua quiſq; ſtatiōe: diuerſi alii alio defugierunt. Pauci tamē ex amiciſſimis nunciato militū ccōurſu ꝓſuadere Pertinaci conabanī: uti fugæ ſibi cōſuleret: populiq; auxiliū imploraret. Ille aūt: tam & ſi utilia in præſens audiebat: tamen indecoꝝ exiſtimās atq; illiberale minimeq; dignū impatoria maieſtate: atq; anteacta uita: fugæ aut latebris ſalutē debere: occurrere piculo ac ꝓcedere in mediū decreuit: ſperans ꝓſuaſurū quæ uellet: & furētes in ꝓſens animos placaturū. Igitur cubiculo egreſſus factuſq; irruentibus obuiā: quærere cauſas inſtitit: tā ſolliciti motus: & afœdiſſimo illo tumultu abſterrere: nō atonitus periculo: ſed habitum oris grauē moderatūq; retinens: paremq; impatoriæ dignitati ac nihil humile nihil pauidum: aut obnoxium: nihil deniq; ſupplice dignū præſe ferens ita ad eos uerba fecit.

Me quidē o milites inquit: ſi occiditis: neq; ipſi rem magnā facitis: neq; mihi ſane grauē: homini uidelicet huius ætatis & gloriæ: ſiquidē humanæ uitæ finis certe ē aliquis neceſſarius: Vos autē principis curæ cuſtodiæq; & ꝓpulſandis aliunde periculis adhibitos: cædē ipſos facere primos: neq; ciuili tātum: ſed impatorio quoq; ſanguine polluere dexteras. Id uero uidete ne uel in præſens flagitioſum ſit uobis: uel in poſterū piculoſum: neq; enim ego ulla uos

iniuria affeci. Si enim Cõmodi doletis interritu: nihil profecto nouũ fuit mo
ri: qui homo natus fuerat. Sin dolo necatũ putatis: non meũ ſane id crimen:
quippe quem ipſi ſcitis: ab omni etiam ſuſpitione procul abeſſe: quæ enim
tunc acta ſunt: uos primi cognita habuiſtis: ut etiã ſiquid obortum ſuſpici
onis eſt: id utiq; alios attigerit. Cæterũ ne illo quidẽ extincto: quicq̃ uobis de
fieri patiemur: quod modeſte atq; ex dignitate ueſtra: nõ aũt per uim & rapi
nas concupiueritis: Ita loquente eo: iam quidam ex hiis permotũ iri uideban
tur: neq; ſane pauci abire iam cœperant: ueriti ſanctimoniã principis: ac ſene
ctutem: ſed a cæteris facto impetu obtrũcatur: Qui ſtatim eo perpetrato ſcæ
lere: multitudinẽ declinantes indigniſſime laturã id facinus: occupant in ca
ſtra abire: muroq; continent ſe: diſpoſitis pro turribus armatis: qui populũ
a mœnibus arcerent. Hunc finem Pertinax ſortitus ẽ: uitæ morũq; ut ſupra
diximus: laudãdus: ſed ubi cædis illius fama per populũ dedita: tumultu ſci
licet luctuq; omnia cõpleri: diſcurrere uniuerſi furẽtibus ſimiles: neq; certi qd
agerent quærere ipſos autores: quos neq; inuenire tamen poterant: neq; ulci
ſci. Præcipue uero ſenatus indigne id ferre: cõmunẽq; eam calamitatẽ exiſti
mare: deſiderans parentẽ optimũ: ac principẽ indulgentiſſimũ: rurſumq; ty
rannidem metuens: quã cordi eſſe militibus intelligebat: ſed cum dies unus
itemq; alter abiiſſet: plebſq; uniuerſa ſuo quiſq; metu: quietẽ ageret: & qui di
gnitate auctoritateq; pollebant: in ſua predia q̃ longiſſime poterant: ab
urbe ſeceſſiſſent: ne quid in eligẽdo ſucceſſore grauius obiiceret: Cognito mi
lites: & quietũ eſſe populũ: & exiſtere neminẽ qui principem interfectũ uindi
caret: ipſi quidẽ caſtris ſe continebant. Conſtituto aũt ſupra murum uocaliſ
ſimo quoq; edicũt uenale impiũ trafituroſq; ſe ei: qui plurimũ pecuniæ pol
liceretur: tutoq; in aulã deducturos. Id auditũ: neminẽ e ſenatu grauitate atq;
auctoritate præditum: neminẽq; e nobilitate: aut ex his deniq; permouit: qui
cũq; adhuc opulenti ſuperabant: tenues reliquiæ Cõmodi tyrannidis: neq;
auſus q̃ſq̃ aut muro ſuccedere: aut turpẽ contumelioſumq; dominatũ pecu
nia paciſci. Sed enim Iuliano cuidam cõſulari uiro: qui grandẽ habere pecu
niam credebatur: ueſpere ſupra cœnã nuntiatur: inter uinum atq; æpulas mi
litum edictũ: quippe homo alioqui parum uitæ continentis habebat. Per
ſuadent igitur uxor: atq; filia: & paraſyto⁊ turba: ut relicta menſa acceleret:
& quid agat intelligat: ac ſubinde intereundũ adhortant: occupet proiectum
impium: ſuperaturũ largitione oẽs: qui tantum diuitiarũ poſſideat. Igit ubi
ad muros acceſſit: clamare cœpit: daturum q̃ uellent: habere ſe magnas opes
plenos auri theſauros atq; argenti: eodemq; tẽpore Sulpicianus & ipſe uir cõ
ſularis: ac præfectus urbi: ſocerq; Pertinacis impiũ licitabat: uerũ in eo mili
tes ſuſpectã habuerũt Pertinacis ꝓpinquitatẽ: ſubeſſe aliquid fraudis ſuſpec

tantes: quo illius cædes uindicaret. Ergo Iulianum ſcalis demiſſis: ſupra muros attolunt: non prius auſi reſerare portas: q̃ conueniret de numero dandæ pecuniæ. Ille ingreſſus in caſtra: primum quidē honores Cōmodi: & ſtatuas quas ſuſtulerat ſenatus: inſtauraturū pollicebatur: conceſſurumq; ipſis: quā quondā: ſub illo licentiā obtinuiſſent. Præterea militibus ſingulis plus multo argenti daturum: q̃ aut petere auderent: aut accœpturos expectauerant: neq; in dando moram futurā: nam domi eam pecuniā obſeruari: quibus addu ctı rebus milites: atq; in tantā ſpem erecti Iulianum declarant principē: ſimul ei Cōmodi cognomen imponunt. Tum ſignis ſublatis: impoſitiſq; illius imaginibus deducere hominē tendūt. Igitur demore ſacrificio in caſtris pacto: exiit maiore militū comitatu q̃ cæteri conſueuerant. Siquidem per uim: contraq; populi uoluntatē: perq; turpitudinem & dedecus: imperium emercatus: iure impetū multitudinis uerebatur. Sed induti armaturas milites: circū ſeptiq; undiq; teſtudine facta: ut etiam ſi res poſceret dimicarent: receptoq; in mediū imperatore ſuo: clipeis haſtiſq; ſupra capita elatis: ut tutiores forent: ſi forte lapides e tectis mitterentur: deducunt eum in aulam: neq; auſo reſiſtere populo: neq; ut mos eſt: fauſtis acclamationibus proſequente. Sed diras procul imprecantibus uniuerſis: grauiterq; exprobrātibus: q̃ære ſibi imperium parauiſſet. Tunc primum uidelicet corrupti militum mores: fœdaq; & inſatiabilis pecuniæ cupiditas: & cōtemptus imperatoriæ maieſtatis inoleuit. Nam cū neq; uindex exiſteret ullus: tam crudeliter interfecti principis: neq; promercale factū imperium: fœdeq; nundinatū quiſq̃ prohibuiſſet id uero initium cauſaq; militibus fuit: ut etiam in poſterū turpiſſimi contumaciſſimiq; euaderent: Sicut auaritia in dies: ac principū contemptus: etiam uſq; ad ſanguinem proueheretur. Enim uero Iulianus imperium adeptus: deliciis continuo crapulæq; ſe dedere: circa rem pu. indiligens: uitamq; moliſſimam luxuq; circūfluentem: traducere. Sed & ſpem militum fefellerat: neq; implere fidem promiſſorum potuerat: ſiquidem nec opes domi: quantas iactabat: & publicum ærarium ſumptibus illis inſanis: iampridem a Cōmodo exhauſtum: Quare cū milites habebat infenſos: tum a populo totius rei cōſcio facile contemnebatur. Itaq; & prætereuntem maledictis inſectabantur: & turpes ambiguaſq; uoluptates exprobrabant. Sicut propalam etiam in circo: quo maxima uis hominū confluit: Iulianum inceſſerent: ac uindicem Romani imperii: præſulemq; ſummi principatus Nigrum uocitarent: orantes ut q̃primum adeſſet: ipſoſq; a tantis cōtumeliis aſſereret. Is Niger conſulatum geſſerat: ac tum Syriæ præerat uniuerſæ: qui honos ea tempeſtate multo maximus erat: quippe etiam Phœnices: omniſq; ad Euphratē regio Nigri ſuberat imperio: Ipſe ætatis erat iam ad ſenectutē ſpectantis; multiſq; & ma

gnis in rebus uersatus famã obtinuerat mansuetudinis ac dexteritatis: sic ut etiam Pertinacis uitam putaretur æmulari: quibus maxime rebus populi fauorem adeptus uidebatur. Hunc igitur assidue frequentis populi clamores implorabant: ac præsentem Iulianum Conuicio lacerantes: illum etiam absentem: uniuersi principalibus acclamationibus: faustisq; uotibus prosequebantur. Quibus intellectis Niger putans omnia sibi e sententia successura: qp & a militibus negligebatur Iulianus: ut qui fidem minime impleuerat: & contemnebatur a populo: ut parum dignus empto principatu: spem cœpit imperii uindicandi. Ac primo quidem ex ducibus tribunisq; cæterisq; militibus: qui plurimum haberent auctoritatis: diuersos alium alio: domum dimittebat: edoctos rerum omnium quæ sibi Roma afferebantur: Id hoc consilio faciebat: ut q̃ latissime toto oriente rumores disseminarentur. Ita enim sibi adiunctum q̃plurimos existimabat. Si non imperium ex insidiis occupaturus: sed opem uocantibus: atq; implorantibus: allaturus uideretur. Proinde uniuersi confestim adesse: obsecrare pro se quisq; obtestariq;: uti q̃primũ rem publicã capesceret. Est autem Syrorum gens: natura leuis: pronaq; ad res nouandas: amabant autem uehementer Nigrũ: quod & imperium apud illos humanissime gesserat: & ludis multitudinem: ac celebritatibus detinuerat. Sunt autem Syri suapte natura huiuscemodi oblectamentorum cupidiores: e quibus Antyocheni: maximam fœliciss imamq; urbem inhabitantes totum ferme annum: uel in urbe ipsa: uel in suburbanis locis ludos & festa concelebrant. Quocirca edendis assidue spectaculis: ac remittendis exhilarandisq; otio animis: ita sibi uulgus adiunxerat: ut ab omnibus magnopere coleretur: quæ cũ ita se habere intelligeret: iussis adesse dicta die militibus: reliqua etiã confluente multitudine: ita pro suggestu ad id ipsum extructo: uerba fecit.

Quã mitte ingenium: quantaq; in rebus maioribus aggrediendis nostra cautio sit: forsitan ipsi quoq; iampridem cognouistis: neq; ego nunc apud uos processissem uerba facturus: si uel priuato consilio: uel incerta spe: aut spem superante cupiditate: adducerer: sed me uocant Romani: & assidue clamantes fatigant: ut eis manum porrigam salutarem: neq; patiar tam excellens: tamq; glorioſum relictum a maioribus imperium iacere abiectum turpiter: Vt autem citra occasionem aliquam res aggredi tantas audax sane temerariumq; sit: ita si implorantibus ac rogantibus opem deneges: timiditatis & proditionis crimine labores. Quapropter eo consilio ad uos huc prodii: ut scitarer quid facto opus esse duceretis: uobisq; uterer quasi totius negotii huius consultoribus: quod si ex sententia successerit: cõmunis mihi inde uobiscũ erit utilitas: neq; scilicet tenues spes aut leues sunt quæ nos sollicitant:

Sed ipſe Romanus populus: cui rerum omnium poteſtatem ſuperi tribue
runt: ipſum Romanum imperium fluctuans adhuc: neq; apud quemq̃ certa
ſede reſidens: ſed neq; parum tuta animus conſilia: his implorantium animis
nullo ad prohibendum reſiſtẽdumq; parato. Nam qui illinc ueniunt: ne ipſos
quidem milites unde imperium emptitauerit: ſatis ei fidos fore affirmant:
quoniam promiſſa non ſoluerit: Quæ ſit igitur ueſtra mens oſtendite. Ta
lia loquentem continuo exercitus omnis: cæterumq; vulgus imperatorẽ atq;
auguſtum conſalutant: tum amictum purpura: reliquoq; exornatum aulico
paratu: ibidem ex tempore conquiſito: præcedente etiam igni in Antiochiæ
primum templa: mox ad ſuas ædes deduxerunt: quas etiã ceu iam priuatas
omnibus extra iſignibus imperatoriis adornarũt. His lætus Niger cũ: ſcili
cet & Romanorũ animos: & cæterorum ſtudia hominum animaduerteret:
iam haud dubie rem omnem ſibi eſſe in uado arbitrabatur: qui poſtq̃ rumor
increbuit: ſtatim quecunq; aduerſum Europæ continentẽ: nationes incolunt
feſtinare pro ſe queq;: ut preſto illi eſſent: legatiq; undiq; Antiochiam conflu
ere: uelut ad legittimum principem: Reges quoq; & Satrapæ trans Euphatẽ
Tygrimq; habitantes gratulatum miſerunt: ſuamq; operam in omne eue
tum pollicebantur: quos ille ampliſſimis affectos muneribus: gratiſq; actis
dimittebat: nullis ſibi in præſens: opus eſſe auxiliis affirmans ſatis munitum
imperium idq; geſturum ſe incruentum: Quare tanta ſpe ſublatis animis ſu
pinius iam negligentiuſq; agitabat: ſeq; populũq; Antiochenum: otio de
litiſq; oblectans: ludoſq; edens & ſpectacula: neq; uero aut Romã: quod res
maxime poſtulabat: proficiſci ſtuduit: aut illyricos exercitus: qui ſcilicet
in primis adeundi conciliandiq; fuerant: ullis de rebus certiores fecit. Sperãs
ſtatim intellecta re: cum Romanis eos pariter: cumq; orientis totius exerciti
bus conſenſuros. Hæc dum agitaret leui incertaq; ſpe ſubnixus: fama iam
per Pannonios illyricoſq; increbuerat: perq; exercitus oẽs: qui pro ripis Da
nubii Rheniq; excubantes cohercendis barbaris Romanũ tuentur imperiũ:
Præerat autem Pannoniis uniuerſis: nam unius regebantur imperio: Seue
rus quidem genere Apher: uehemens homo negotiis gerendis: ac ferox: uitæ
q; inſuetus duræ & aſperæ: promptus excogitandis: acer exequendis rebus:
Qui poſtq̃ Romanũ principatũ pendere ſublimem: quaſiq; dirreptui expo
ſitum uidit: alterum quidẽ ut deſidem: alterum ut parum efficacem contem
ptui habuit. Addebant præterea ſpem ſomnia quedam: & oracula: cæteraq;
futurorũ præſagia: tum deniq; fidem ueri impetrantia: cum ſunt euentum
ſortita: quorum pleraq; ipſe in libris de uita ſua conſcripſit: ac publice in ta
bulis picta dedicauit. Sed quod illi extremũ maximiq; momenti ſomnium:
ſpem propemodum omnem conciliauit: id ne nobis quidem ſilentio præter

eundum. Quo enim tempore nuntiatum ē Pertinacem ad imperium aſcitū: peracto Seuerus ſacrificio iuratuſq; fidem principi: ubi primum domū rediit ſomno comprehenſus: uidet per quietem magnū quendam: ac generoſum equum ornatum phaleris imperialibus: qui Pertinacem ipſum per urbem ueheret: media ſacra uia: ſed ubi ad ipſum fori peruenit ingreſſum: in quem olim liber populus frequens conueniebat: uiſus eſt excuſſiſſe Pertinacē equuſ atq; abieciſſe humi: proximeq; aſtanti Seuero tergum ſubſternere: eumq; per ferre ſublimem tuto in forum mediū conſpicuū uenerabundæ multitudini. Manet autem adhuc huius imago ſomnii: eodem ipſo loco ingens ex ære cōflata. Ad hunc igitur modum ſublatis animis Seuerus ac ſe diuina proui dentia ſollicitari ad imperium ratus: decreuit animos periclitari militum. Quare primum quidem præfectos tribunoſq; & primos militum ſibi adiun gens: cumq; his de Romano imperio ſermones ſerens: abiectum id eſſe dicti tabat: exiſtente nullo: per quem fortiter atq; ex dignitate gubernaretur: Inue hens præterea in prætorianas cohortes: quæ ſacramentū militare ciuili im peratorioq; ſanguine polluiſſent: uindicandam eſſe aiebat: ac perſequendam Pertinacis cædem: minime ignarus: excubare adhuc memoriam Pertinacis apud illyricos exercitus. Quoniam ſub imperatore Marco: multa illius du ſu aduerſus Germanos trophea excitauerant. Et cum præfectus illyrico fo ret nullum non exemplū uirtutis in prælio oſtentauerat: beniuolentiam por ro ac probitatem: ad hæc ciuile moderatumq; imperium ſociis præſtiterat. Quocirca memoriā eius principis colentes: tantam in illum editam crudeli tatem indigniſſime ferebant. Hanc igitur Seuerus occaſionem arripiens: fa cile eos quo uellet adducebat: ſimulans non ſe quidem imperium quere: aut ſūmam poteſtatem affectare: ſed ire ultum ſanguinē tanti principis. Nā ut eius regionis homines corporibus utuntur prævalidis: atq; proceris: & in pugnam: cædemq; paratiſſimis: ita pingui ſunt ingenio. Quare haud facile ſentiunt ſi quid agas dicaſue aſtute: ac ſubdole: Quocirca cum fidem feciſſet Seuerus cædem ſe Pertinacis perſequi uelle: ita ſibi uniuerſos conciliauit: ut imperator diceretur: ſūmamq; ab eis acciperet poteſtatem. Sed ubi Panno niorum animos explorauit: ſtatim uicinarū quoq; gentium præſides: quæcū q; Romano ſubiacent imperio: magis illexit premiis. Erat aūt Seuerus unus omniū mortaliū: ad amorem ſimulandum maxime factus. Sic ut ne iuſiurā dum quidem fallere dubitaret: ſi ita uſus poſceret: longeq; aliud in lingua promptū: quam in animo reconditum gerebat: Igitur illyrico omni rectori buſq; ꝓuinciarū: per litteras inſinuatus: collectiſq; undecunq; militibus: ac ſu ſcepto Pertinacis cognomine: quod non illyricis modo: ſed Romano etiam populo: gratiſſimū fore ſuſpicabatur: conuocatis omnibus in campū ita pro

ſuggeſtu locutus dicit. Quantū uel fidei uel religionis erga deos: per quos iurati eſtis quantūq; honoris impatori exhibeatis: quos adeo ueneramini facile oſtēditis milites: cū tātopere indignamini cohortes urbanas pōpæ magiſq; uirtutis adminiſtras: adeo fœdū facinus ppetraſſe: Ac mihi quidē in uotis eſt nunc primū tantā ſpem auſpicanti nam profecto ſcitiſq; ſemp audiens dicto principibus fuerim: pducere ad exitū atq; explicare quæ uobis cordi ſūt: neq; Romanū imperiū abiectum pati. Quod quidē apud maiores: ſūma ſempe auctoritate geſtū uenerandū omnibus uidebatur. Poſtea uero q; ad Commodū recidit: & ſi ob illius adoleſcentiā ſæpenumero impegit: attamen oīne uiciū cū ipſius principis nobilitate: tū ſanctiſſimi parētis memoria obumbrabat: neq; tā errata illius odiū: quā miſericordiā emerebant: qppe nō tā ipſi q; gerebant: q; aſſentatoribus iputabamus: cæteriſq; malarū artiū cōſultoribus atq; miniſtris Donec ad ſanctiſſimū illū ſenē: cuius adhuc uirtutis & pbitatis nīris mētibus memoria reſidet: delatū fuit impiū: quē tamē tm̄ abeſt: ut tollerare illi potuerint: ut cæde etiā nepharia talē uirū e medio ſubſtulerint. Poſt hūc aūt terræ mariſq; imperiū: neſcio qs turpiſſime auctionatus: & populo quēadmodū auditis inuiſus eſt: & milites ipſos qbus īpoſuit: parū fidos habet: q tamen ſi etiā defenſuri illū forent: attamen neq; numero uniuerſi: neq; uirtute ſinguli conferendi ſunt uobis: ad hæc bellica uos negotia exercuerūt: Nam & cum barbaris pedem conferre: & labores omnis perferre: & algores æſtuſq; deſpicere: & concreta gelu calcare flumina & potare effoſſos latices non hauſtos: & uenatu inuigilare conſueuiſtis: oīa deniq; ad uirtutem adepti uiatica: ſic ut nemini facile ſit: ueſtris obſiſtere uiribus: & enim labore miles probatur: non mollitudine: qua illi exaturati: atq; enutriti: ne uocem quidē ueſtram: ne dum pugnā poterūt ſuſtinere: Quod ſi cui Syriæ res formidabiles uidentur: is uel ex eo cogitet: q; imbecillæ ſint: quāq; tenui ſpe nitantur. Quod neq; adhuc pgredi quoq; : neq; de urbe petenda deliberare auſi: ſedeſq; illas boni conſulentes delicias in diē quæſitas: lucrū eſſe ambiguæ poteſtatis arbitrant. Eſt aūt ad iocos & cauilla in primis factū Syroꝝ genus: tum quī Antiochiam colunt: ii ſtudere Nigro potiſſimum credunt. Nam gentes reliquæ & ciuitates: cū adhuc neminē imperio dignū aſpiciant: quicq; ſit rem pu. fortiter moderateq; geſturus: ei ſcilicet obedire ſe tandē ſimulant: quod ſi ab Illyrico exercitu ducē creatum cognouerint: ſimulq; noſtrū nomen inaudierint: non obſcurū ſane apud ipſos: neq; ignoratū: quippe illic etiā cum impio præfuimus: Neq; me pfecto deſidiæ: aut torporis arguerint: neq; ueſtrum expectare impetū: aut bellicā uirtutē uolent expirī: pſertim cū & corpoꝝ proceritatibus: & armoꝝ exercitationibus: & cōferenda manu: longe uobis īpares habeant. Quare occupemus q; primū Romā: larem ipm̄ īperii: reliqua dein

facile expedituri: cum deoꝝ oraculis: tum armoꝝ corporũq; uestrorum uiri
bus confidentes. Hæc locutũ Senem fauſtis acclamationibus milites excepe
runt. Auguſtũ Pertinacẽq; appellantes: ſtudiũq; in eum propenſum: itq; egre
giam uoluntatẽ pollicebant. At Seuerus nihil procraſtinandũ ratus: armari
q̃ expeditiſſime iubet: iterq; ad urbem edicit: diſtributiſq; uiritim cibariis:
omniq; uiatico: nihil ſibi ad celeritatẽ facit reliqui: nullis interquieſcẽs locis:
ac uix reſidere tantiſper milites paſſus donec a nimia itineris contẽtione re
ſpirarent: ipſe inter primos laborans: uiliq; tabernaculo utens: cibũ potumq;
eundẽ: quem etiã cæteri milites capiebat. Nihil unq̃ imperatoriæ luxuriæ: ni
hil deliciarũ oſtentans: ſic ut acceptior in dies militibus fieret: nam cũ laboꝝ
oĩum non modo particeps: ſed princeps etiã auctorq; foret: adeo cunctis ue
nerabilis erat: ut nihil non pro illo cupidiſſime facturi uiderent. Poſtea uero
q̃ emenſa Pannonia: ipſos Italiæ montes inſedit: famãq; ſui præueniens: pri
us coram conſpectus eſt: q̃ aduentare auditũ fuerat. Magnus ſcilicet oẽs Ita
liæ ciuitates: tanto conſpecto exercitu: metus inuaſit. Quippe hoſtes in Italia
iam pridem ab armis belloq; remotiſſimi agros pacemq; colebant. Etenim q̃
diu libera ciuitas egit: atq; a ſenatu belli duces eligebant: fuere in armis ſemp
Italiæ nationes: Greciſq; & Barbaris ſubactis: terræ ſibi mariſq; impiũ: pepe
rerũt: neq; ulla orbis terrarũ pars: aut cœli tractus fuit. quo nõ uires ſuas Ro
manorum arma protulerint. Poſtea uero q̃ Auguſtus reꝝ potitus eſt: & labo
rem Iralis ademit: & arma detraxit: milites tantũ quoſdam certis autoramen
tis habuit mercenarios: qui romanũ tuerent imperiũ: tum fluuioꝝ magnitu
dine. atq; foſſarum mõtibuſq; aſperrimis deſertiſq; locis atq; imperuiis circũ
ſeptos impii limites cõmuniuit. Quocirca merito oẽs poſtq̃ aduentare Seue
rum cũ tanto milite: audiuerũt: inſueta re perterriti: cum neq; ſtare cõtra: neq;
prohibere auderẽt. Ibant obuiã laureati: portiſq; eũ patẽtibus excipiebant: Ille
tã diu locis ſingulis imoratus: quãdiu aut ſacra faceret: aut populos alloque
reť: Romã eueſtigio pgebat: q̃ ubi Iuliano nunciata ſunt: acũ de ſe prſus exi
ſtimauit: nam exercitus illyrici potẽtiã multitudinẽq; audiebat: ac populo pa
rũ fidebat: cui ſe cernebat iuiſum: neq; ſatis magnã ſpẽ in militibus habebat:
quos uidelicet fefelliſſet: itaq; collectas undiq; pecunias: partim ſuas: partim
ab amicis accœptas: tum quaſcũq; in tẽplis aliiſq; locis publice inueniſſet: di
uidere militibus inſtituit: ut eo pacto illoꝝ beniuolẽtiã redimeret. Sed ei tam
& ſi multa magnaq; accepant: nullã tamen habebãt grãm: pſolui debitũ ſibi:
non dari munus aliquod interpretãtes: Cæterum ſuadẽtibus amicis: Iuliano
ut exercitũ educeret: atq; alpium anguſtias occuparet: ſunt autem alpes al
tiſſimi montes: quales in his regionibus nulli porrecti: ad muri formam: cir
cundatiq; Italiæ: quaſi ad reliquam regionis eius fœlicitatem hanc etiam

quaſi cumulum natura dederit:ut munitionē haberet inexpugnabilem perti
nentem ſcilicet a ſeptentrionali ad id mare quod meridiem ſpectat. Non au
ſus tamen ille urbe egredi:ſupplicatum militibus mittebat: uti arma caperēt
exercerentq; ſe: ac foſſas ante urbem ducerent: omnēq; belli apparatum in
ipſa demum urbe expediebat: Si quidem elephantos quoq;:quos ad pompā
inſtitutos habebat inſuefacere conabatur ſeſſorem pati: ratus illyricos mili
tes equoſq; eorum perterritum iri facie magnitudineq; beluarum: quales an
tea nullas aſpexiſſent: Totaq; ciuitas armis fabricandis:belliciſq; inſtrumen
tis conficiendis:erat intenta. Sed cunctantibus adhuc Iuliani militibus ac ſe
comparantibus ad bellum:nunciatur adeſſe:iam Seuerus. Is multos e mili
tibus ſuis ſparſim dimiſerat:qui clam Romam proficiſcerentur. Quare alii
aliis itineribus noctu ingreſſi urbem protectis armis:habitu priuatorum ope
riebantur:iamq; intus hoſtis erat:ſupino adhuc Iuliano & quid agerēt igna
ro: quæ ubi populus intellexit:cunctis metu perculſis:ac Seueri potentiam
formidantibus: ſentire iam ſe cum illo ſimulabat:& Iulianum quidem q̄ in
bellis:Nigrum q̄ lentus atq; inhers uituperantes: Seuerum ipſum iamiam
aduentantem magnopere admirabantur. Enim uero Iulianus heſitabundus
atq; inops conſilii:conuocato prius ſenatu: litteras ad Seuerum mittit: qui
bus fœdus paciſceretur: eumq; in cōmunionem acciperet imperii: cæterum
ſenatus: &ſi illa omnia decernebat: tamen ut eum pauitare deſperata ſalute
animaduertit:totus iam ad Seuerū incubuerat:biduo uero poſt: triduo ue:
audito Seuerum iam plane adeſſe:omnes contempto Iuliano in curiam con
uenere iuſſu conſulum. Quippe iis curæ eſt Romana res: quotiens de impe
rio ambigitur:qui poſtq̄ frequentes affuerunt:quid facto opus eſſet inter ſe
deliberabant:manente adhuc in aula Iuliano:ac fortunam ſuam miſerante:
ſuppliciterq; rogante:ut ſibi eiurare imperium liceret:omnemq; eam poteſta
tem Seuero tranſcribere. Sed ubi intellexit ſenatus pauidum Iulianum per
territos corporis cuſtodes:ipſum pene ab omnibus deſtitutum:decreta illius
nece: Seuerum imperatorem declarant. Tum legatos ad eum mittunt: par
tim qui magiſtratum obtinerent:partim qui maximā haberent in ſenatu au
ctoritatem:ut omnes illi honores Auguſtorū deferrent. Occidendi aūt Iulia
ni datur uni e tribunis negotiū:Is imbellem miſerūq; ſenem:qui ſibi ipe tam
infœlicē exitū propria pecunia emiſſet: deſertū iam deſtitutūq; ab omnibus:
inter fœdiſſimas complorationes trucidauit: quæ ubi Seuerus audiuit: ma
iora iam moliens animo:conſilium iniit capiendorum militum omnium:
quicunq; Pertinacem interemiſſent. Datis itaq; clam ad centurioneſq; tribu
nos litteris hortatur: multa pollicens: perſuadeant militibus urbanis: ut
ſibi dicto audientes ſint. Ipſe edictum proponit: ut relictis intra caſtra

armis exeant pacatorum habitu: quales procedere in pompam aut ludos celebrare consueuissent: iurentq; in Seueri nomen: ac spem sibi optimam proponentes præsto sint: ut nouũ imperatorem comittentur. His creditis milites suasu quoq; tribunorum: relictis armis: pomparum habitu laureati processerunt: sed ubi ad exercitum Seueri peruenerunt: nunciato iam adesse: iubet in campum conuenire frequentes: quasi salutaturus: ac benigne accepturus uniuersos. Enim uero cum ad tribunal principis accessissent: unanimiter acclamantes: dato repente signo comprehenduntur. Ita enim præceperat Seuerus: ut cum stare pendentes eos: ab ore principis uidissent: circumirent uniuersos milites sui: more hostium neminemq; vulnerantes aut pulsantes: tantum orbe facto: clausos in medio continerent: pila dumtaxat intentantes: & hastas: ut scilicet metu vulnerum nudi resistere armatis: pauciq; pluribus minime auderent: Quos ubi uelut indagine armorum conclusos captiuosq; habuit: magna uoce: ac turbido spiritu: ita ad eos uerba fecit.

Superari uos a nobis: uel sapientia uel uiribus: uel etiam numero re ipsa uidetis: capti estis q̃ facillime: ac nullo ferme negotio tenemini: quid futurum de uobis sit in mea manu est. Iam scilicet uictimæ hic statis obnoxiæ nostro imperio: si sceleri uestro debitum queratis supplicium: nunq̃ sane inuenietis: Sanctissimum illum senem: imperatoremq; optimum seruandũ tuendumq; uobis: ipsi occidistis: Romanum imperium perpetua clarum gloria: quod maiores nostri aut uirtutis: aut nobilitatis nomine suscipiebant: hoc uos turpiter fœdeq; uelut aliquod ex priuatorum instrumento: quasi sectores uendidistis: ac ne eum quidem ipsum quem sic ad imperium produxeratis: seruare saltem aut defensare ausi: homines timidissimi prodidistis: Ob hæc igitur crimina ac facinora uestra: mille uobis debentur mortes: si quis par noxæ supplicium studeat petere: Proinde: quid uos æquum pati sit sane uidetis. Ego tamen sanguine abstinebo: neq; uestras imitabor manus. Sed quoniam ius fasq; negat: stipari a uobis iam principem uiolato iureiurando: ac manibus ciuili & imperatorio sanguine pollutis: proditaq; fide custodiaq;: animas quidem & corpora uobis nostra largietur humanitas. Porro militibus meis ita præcipio recingant uos: ac uestimentis exutos militaribus nudosq; dimittant: uobis autem sic impero: discedatis q̃ longissime: edico item iuroq;: ac denuncio capite pœnas daturum: siquis uestrum: post hac intra centesimum ab urbe lapidem conspicietur. His imperatis eueſtigio milites illyrici: concurrunt breuesq; illos gladiolos detrahunt: quos auro argentoq; ornatos in usum pompæ suspensos habebant. Tum zonis uestituq;: & cæteris militiæ insignibus: per uim ablatis: nudos ad unum exauctoratosq; dimiserunt: Enim uero illi proditos se uidentes: atq; æstu captos: patientiam scilicet

præſtabant : Nam quid agerent : nudi aduerſus armatos ? pauci aduerſus plurimos? Diſceſſere igitur complorãtes ſeſe: conceſſamq; ſalutem loco muneris inter prætantes: perteſi tamen ac dolentes: quod inermes egreſſi capiendos ſe turpiter ignominioſeq; obtulerant: Vſus item alio conſcilio Seuerus eſt: quippe metuens ne recincti exauctoritatiq; deploratis rebus: rurſus caſtra peterẽt: reſumerentq; arma: præmiſſos aliis itineribus ac ſemitis: electiſſimos quoſq; & exploratiſſimos ſuorũ militum: iubet clanculũ uacua caſtra irrumpere: armiſq; ipſorũ occupatis excludere redeũtes : Hanc igitur pœnam Pertinacis interfectores dederunt. Poſt hæc Seuerus cum reliquo exercitu inſtructo armis Romam petiit: attonitis metuentibuſq; pariter primo conſpectu Romanis: audaciãq; uiri ac fortunã repetentibus animo : Quem quidem ſe natus populuſq; uniuerſus laureati excæperunt: primũ ſcilicet : ex omnibus hominibus: atq; imperatoribus citra ſanguinẽ: atq; adeo citra puluerem tanti effectorem operis: omnia porro admirabilia in illo: præcipueq; ingenii acumen: laborũ tollerantia rebuſq; maximis aggrediendis: bonã ſibi ſpem proponens audatia. Poſtea uero q̃ eum populus fauſtis acclamationibus ſuſcœpit: & ſenatus uniuerſus ad portas urbis conſalutauit: inito Iouis templo: factaq; re diuina: reliquiſq; item ſacris ædibus demore conſalutatis: nouiſſime ad domũ imperatoriam ſe recœpit: Poſtridie uero curiam iniit: ibiq; placidus orationẽ habuit: plenam optimæ ſpei: ſimul omnes publice priuatimq; benigne complexus ueniſſe in urbem aiebat: ut occiſum Pertinacẽ ulciſceretur: daturumq; operã: ut ſtatus optimatium fundamenta ſe principe iacerentur: Nullum niſi iudicio damnatũ: capite boniſue multatũ iri: non paſſurum delatores: Aemulũ ſe Marci futurum gerendo imperio: neq; ſolum Pertinacis cognomen : ſed mentem quoq; habiturũ: In hanc ſententiam uerba faciens: fauorem ſibi fidemq; conciliabat: quidam tamen e maioribus natu: qui conſuetum ipſius haberent ingenium: iam tum clanculũ: reliquis prædicabant: uerſipellem hunc eſſe hominẽ: nihil non aſtu & arte tractantẽ : ſimulatorem diſſimulatorẽq; idoneum: nihil penſi habentem: dum id efficeret : quod uſui ſibi aut emolumento crederet fore: Quod ſeniorum iudicium: haud ita multo poſt euentus comprobauit. Igitur Seuerus paucos in urbe dies moratus: dato plebi uberrimo congiario: donatiſq; abunde militibus: & ex his robuſtiſſimo quoq; in locũ exautoratorũ delecto : ad imperrii cuſtodiam ſtatim: ipſe in orientem profectionem parat: cunctante Nigro adhuc & ſupino: atq; Antiochenis deliciis uacante: ratus properandum ſibi: ut inexpectatus imparatum opprimeret . Edicto igitur militibus ut ad iter ſe accingerent : contractiſq; undiq; copiis: ac delectu iuniorũ: tota Italia habito : ſimul reliquiis illyrici exercitus : quæ in Thracia remanſerant occurrere iuſſis : neq; ſe

cius ingenti classe coacta completis:armato milite totius Italiæ triremibus: ingentis sibi omnis generis copias incredibili celeritate comparauit : siquidem haud exiguis uiribus:esse opus intelligebat:aduersus nationes:partem orbis Europæ oppositam incolentes:Quæ scilicet uno ordine omēs Nigri sequebātur auspicia. Ad hunc igitur modum bellum Seuerus instruebat. Cæterum prouidus homo ac sobrius:nonnulla suspicione tenebatur: de britāni cis exercitibus: maximis uidelicet pugnacissimisq; : qbus præerat uniuersis : Albinus senatorii Patriciiq; generis uir : summis opibus ac deliciis innutritus. Hunc sibi igitur Seuerus astu ratus adiungendum:ne scilicet diuitiis:genere: exercitibus:famaq; nominis:magnis ad concupiscendū imperium facibus instinctus:summā sibi rerum poscceret : Romamq; haud procul a Britatānia distantem:se bellis orientalibus implicito occuparet:statuit eum specie quadam honoris inescare:leuem alioqui & simplicem:tunc uero etiā iuranti per litteras credentem: Quare eum Cæsarem appellans:spem cupiditat mq; hominis anticipat:potestate participanda. Mittit enim plenas humanitatis litteras:obsecrans:ut ipse potissimum curam suscipiat imperii : opus esse uiro aliquo nobili & ætatis integræ:qualis ille foret:se iam senem:morboq; articulari affectum:natos adhuc infantes. Quibus creditis Albinus honorem libenter suscœpit:lætus citra pugnam : aut discrimen ullum : compotem se uoti factum. Cæterum Seuerus:quo omnia crdibiliora forent : iisdem illis ad senatum relatis: nūmis imagine eius percuti iussis:statuisq; erectis:simul aliis collatis honoribus:fidem gratiæ suæ fecit:Quæ postq̄ sapienter ab illo prouisa sunt:nullo iam ex Britānia impendente metu : collectis in unum circa se illyricis exercitibus:reliquisq; rebus ex usu comparatis:copias aduersus Nigrum educere instituit. Igitur quibus locis itinere illo remoratus sit: Quæ apud quāq; ciuitatē uerba fecerit : Quæ signa diuinitus apparuerint: Regiones item peragratas: cōflictusq; : & utrinq; cæsorū numerum:cum plerisq; historiæ auctores:tum maxime poetæ uersibus suis uberrime sunt executi:materiam totius operis:ipsam deniq; Seueri uitam deligentes. Mihi autē propositum est:septuaginta annorum res:quas habeam cognitissimas : sub diuersis principibus gestas:in unum corpus comprehensas: litterarum mandare monumētis: Quocirca excellentissima & præcipua queq; rerum:a Seuero gestarum:deinceps persequemur:neq; ad gratiam uero quippiam affingētes:quod feciſſe uidemus:qui illa ætate scriptitarunt: neq; tacitum pretereūtes:si quid modo mentione dignum:memoriaq; uidebitur.

LIBER TERTIVS.

VPERIORE LIBRO Pertinacis interitum cœdemq; Iuliani: simul ꝓfectionē Seueri ad urbem: suscepta q; mox ad uersus Nigrū expeditionem edocuimus. Enim uero Niger ubi Romam a Seuero occupatam: ipsum a senatu appellatum imperatorē: nihil tale expectans audiuit: ꝑterea onmē illyricū exercitū: contra se pedestres nauales q; copias educi: ꝑturbato uehementer aīo: monet ꝓuinciarū præsides: aditus oēs portus q; custodiāt: mittit q; rogatū ad Parthoꝝ: Armenioꝝ atq; Atrenoꝝ reges: cui qdē Armenius neutras se partes susceptūrū respōdit: tm̄ res suas defensuꝝ: Seueri aduētu: Parthus aūt satrapis impaturū ꝑ epistolas: uti copias cōgregarēt: ita enim facere consueuit bellū cōparaturus: siquidē mercenarios milites: atq; ordinarios exercitus Parthi nullos habent. Ex atrenis aūt sagittarii auxiliares uenerunt: iussu regis Barsemii: qui tunc in eis regionibus imperitabat: reliquas oīs copias e militibus: qui aderāt potissimū conflauit: Plurimis etiā e populo maximeq; Antiochenis cū ætatis leuitate: tum ipsius Nigri studio impulsis: audatiusq; q̄ prudentius noīa dantibus: sed & Tauri montis angustias: ac prærupta loca: muro ualido Niger munimentisq; obstruebat: ratus montem illum imperuiū: magnum orientī propugnaculū futurū: siquidem Taurus inter Capadociā Ciliciamq; dorsum erigēs: nationes discriminat orienti: ac septentrionibus subiectas. Idem bizantiū p̄sidio occupauit: urbem Trhaciæ maximā fœliciſſimamq;: uiribusq; & opibus ea tēpestate florentē: quippe in angustissimo propontidos cōstituta freto: uectigalia piscatūq; a mari accipit: simul agros possidens amplissimos: uberrimosq;: utroq; uelut elemento lucrū facit. Visum igitur Nigro talem hāc urbē p̄sidiis occupare: ut classes nauigiaq; per eas angustias transgredi ex Europa in Asiam prohiberent. Erat enim munita urbs ualido ingentiq; muro: qui milesio quadrato lapide constructus: adeo tenui iunctura fuit: ut nemini cōpositū opus: sed ex uno tantū perpetuoq; lapide uideret. Ac nunc quoq; ruinas ipsas reliquiasq; cum uideris mireris utiq;: uel eoꝝ artificiū qui primi extruxerūt: uel eoꝝ potentiā: qui deinceps sunt demoliti: Ad hunc igitur modū Niger suas res cōparabat: prouidentissimo scilicet: ut ipse putabat: tutissimoq; consilio Cæterū Seuerus q̄ maxime poterat: cum suis copiis festinare: nullū desidiæ quietiq; locū relinquere: Cognito aūt præsidiis teneri Bizantium: quod sciebat munitissimā esse urbem: ad Cizicū se conuertit: hoc intellecto: dux Asiæ Aemilianus cui sūmam Niger totius belli: maximūq; imperiū tradiderat: & ipse Cizicum ꝓficiscitur: & copias adducit uniuersas: quascūq; aut Niger

Author de Vita qui en Venze

miſerat aut ipſe contraxerat: ſed ubi uentum ad manus: aliquot acerrime edi
tis prælijs uictoria tandem penes Seuerum ſtetit: fugato Nigri exercitu. Ita
q; confeſtim fracti orientalium animi: Illyritianis autem ſpes ingens addita.
Neq; defuere qui crederēt Nigri res initio ſtatim proditas ab Aemiliano: cu
ius cōſilii duplicē afferunt cauſam: alii Nigro inuidiſſe: ferentē ſcilicet haud
æquo animo: ſi quē paulo ante in Syria ſucceſſorē habuiſſet: eundē ſupiorē
mox: atq; adeo impatorē dominūq; eſſet habiturus: alii perſuaſum a liberis
patri per epiſtolas uitam: ſalutēq; ſuā cōmendantibus: quos Romæ inuētos
Seuerus in cuſtodia habebat. Siquidē hoc quoq; uſus eſt prudentiſſimo con
ſilio: Mos fuerat Cōmodo retinere apud ſe liberos eorū: qui ad regendas pro
uincias: cū impio proficiſcerent: quaſi obſides quoſdā beniuolentiæ illorū fi
deiq;. Igitur Seuerus cum primū eſt impator appellatus: ſuperſtite adhuc Iu
liano miſit furtim: qui ſuos liberos ex urbe ſubducerent: ne in alterius eſſent
poteſtate. Cæterū ipſe cum primū Romā ingreſſus eſt: cōprehenſos omnes
ducum liberos: cæterorūq; item quicūq; munus publicum in oriente Aſiaq;
tota obirent: atq; in cuſtodiā datos ſecum retinebat: quo per ea quaſi pigno
ra: Nigri ducibus perſuaderet: uti illum deſiderio ſalutis liberorū proderent:
aut certe ſi in fide permanſiſſent. liberū ſibi relinqueret cæde filiorū quos uel
let ulciſci: Victi aūt ad Cyzicum Nigri milites: q̄ quiſq; maxime poterat au
fugerunt: partim præter Armeniæ montana: quidā per Aſiam Galatiāq; ſu
perare Taurum feſtinantes: ut ſcilicet intra munimenta ſe receperent. At ue
ro Seueri exercitus cizicenum p agrū in Bithyniā finitimā regionē cōtende
bat. Sed ubi Seuerum uiciſſe fama diuulgauit: repens cōfeſtim in eis locis ſe
ditio diſcordiaq; urbes inuaſit: aut nō tā quidē ipſorū impatorū odio aliquo:
ſtudioq; : q̄ æmulatione quadā & cōtentione: inuidiaq; inter eiuſdē gentis ho
mines funeſtiſſima. Antiquum id uiciū græcorū: qui dum ſeditiones agitāt:
atq; eminentiſſimū quemq; tollere e medio conant̄: totā conſumpſere iam
græciā. Cæterum illi quidē inueterati iam attritiq; inter ſe: captiui prius ma
cedonū: dein mancipia quoq; Romanorū facti ſunt. Ea uero labes æmulatio
nis atq; inuidiæ: florentibus etiamnū ætatis noſtræ ciuitatibus incubuit. Igit̄
in Bithynia ſtatim poſt res ad Cizicum geſtas: Nicomedēſes ad Seuerū defe
cerunt: miſſis legationibus: q̄ ſe exercitum accœpturos: oīaq; tradituros pol
licerent̄: Nicænſes cōtra: illorū inſtigati odio: Nigri partibus ſtudebant: eiuſ
q; ſuſcipiebant milites: ſiue qui ſe ex fuga recœperant: ſiue qui ad tuendā Bi
thyniā mitterent̄. Quocirca ex utriſq; urbibus quaſi e caſtris eggreſſi milites
iterum cōcurrerunt: magnoq; cōmiſſo p̄lio lōge ſuperior Seuerus fuit. Inde
etiam fuga facta: Nigri milites qui p̄lio ſupfuerant: ad Tauri montis angu
ſtias euaſerunt clauſaſq; munitiones tuebant̄. At Niger relicto ibi quātum ſa

di

tis fore præſidii putabat: profectus ad Antiochiã eſt: ut exercitus pecuniaq; contraheret: Interea Seueri exercitus: Bithyniã: Galatiamq; eggreſſus: cum ſe mox in Capadociã quoq; incitaſſet: oppugnare munitionem incœpit: ibi multis eſt laboribus conflictatus: quippe arta aſperaq; uia: lapideſq; ſuper ne iacientibus ac fortiſſime dimicantibus: qui ſũmis inſtiterant mœnibus: eoq; facile paucis arcentibus plurimos: Et enim anguſtiſſima uticq; uia eſt: cuius pars altera mõte altiſſimo defenditur: altera per imane preceps defluente mõtibus aqua redundat: tum ualida munitione Niger obſtruxerat: ut ſcilicet undiq; hoſtis aditu prohiberetur. Dum hæc in Capadocia geruntur: Interim ſeditiones inter ſe quoq; agitabãt pari æmulatione odioq; Laodicea quidem in Syria: Anthiochenorũ odio: Tyros autem in phœnitia Berytiis infenſa: quæ nunciata Nigri fuga ſublatis illius honoribus: Seuero proſpere acclamarunt. At Niger audita re: cum quidẽ Anthiochiæ ageret: iure ſcilicet homo alioqui benigni manſueticq; ingenii defectione illorũ contumeliaq; irritatus: immittit utriſq; urbibus: mauros iaculatores: quoſcumq; ſecũ habuerat: ſimul partem ſagittariorũ iuſſos occidere obuiũ quemq;: dirripere urbes ipãs atq; incendere. Sed enim Mauri: ut eſt genus hominũ: ſuapte natura cædis auidiſſimũ: nihil non facile audens: ac deſperatis ſimile: contemptu uidelicet mortis ac periculorũ: Laudicenis deimprouiſo oppreſſis: populum ipm omni genere crudelitatis: urbemq; uaſtarunt. Inde Tyrum pergentes: dirreptis omniũ bonis: ac patrata ingenti cæde totaꝫ incenderũt: Quæ dum in Syria gerebantur: cõtrahente copias Nigro: interea Seueriani milites: munitionem Tauri mõtis oppugnabant. triſtes uticq; atq; citra ſpem uictoriæ: Quippe ualida inexpugnabiliſq; per ſe: monte quoq; ipſo: præcipitioq; defendebatur. Igitur iam defatigatis alta aduerſariorũ ſecuritate: ecce tibi noctu maximi repente ruere imbres: oppleri omnia niuibus: ut ſunt difficiles in Capadocia hyemes: maximeq; ad Taurũ montem. Quocirca ſubitus impetu magno erũpit torrens: curſuq; impedito: quod munitio exitum prohibebat: maior iam uiolentiorq; factus: quando artem ſuperante natura tantũ impetum munitio non poterat ſuſtinere: laxatis paulatim coagmentis: ac fondamentis loco emotis iter ſibi torrens patefecit: Quo animaduerſo qui p̃ſidio erãt: metu ne ab hoſte circũuenirentur: nullo mox futuro obſtaculo: ſimul unda reſidiſſet: prodita cuſtodia cuncti fuga dilabuntur: Igitur læti Seueriani: confirmatiq; animos: uelut diis ipſis immortalibus manu ducentibus: cognito cuſtodes aufugiſſe. facile ſcilicet nullis prohibentibus: Taurum ſupergreſſi: in Ciliciam mox impetum fecerũt. His nunciatis Niger cum quidem ingentem exercitum: Sed pugnæ laborumq; inſcium colegiſſet: magnis itineribus accellerabat: q̃plurimis cum mortalibus: omniq; ferme Anthiochenorum

iuuentute ſequẽtibus ducẽ: multa ſcilicet animorũ alacritate: Cæterum uirtu
te ac pericia belli: nulla ex parte cum illyrico milite conferendis: ita concurre
runt ad iſſicum: quem appellant ſinum: longe lateq; ſpacioſiſſima in plani
cie: quæ perpetuis ſubiecta collibus in theatri ſpeciem littus habet: a mari lon
giſſime excurrens: quaſi quoddam belli ſtadium fabricante natura: Quin eo
dem quoq; loco Dariũ ab Alexandro ferunt maximo extremoq; illo prælio
profligatum: captumq; ſeptentrionalibus etiam tum uiris: orientis nationes
ſuperantibus. Manet adhuc tropeum: & tantæ uictoriæ teſtimoniũ urbs in
colle Alexandria: ſimul æneum ipſius ſimulacrũ: unde loco impoſitum
nomen. Euenit autem ut Seueri & Nigri exercituũ non congreſſus modo in
eum locum: ſed fortuna etiam fortunæ ſimilis fuerit: utrinq; enim ſub aſpe
ram parati ad pugnam conſtiterant: Curis dein pauoribuſq; totam noctẽ ex
traxerãt inſomnem: Statimq; cum ſolis ortu ducibus utrinq; adhortãtibus:
incredibili alacritate utrinq; ſe incitarunt: tanq; de omni ſpe reliqua nouiſſi
mo illo congreſſu dimicaturi: Diſceptante illic ſuper Romano imperatore
fortuna. Sed ubi diu pugnatũ acerrime: tantaq; edita utrinq; ſtrages: ut flu
mina per eam planiciem decurrentia maiore aliquanto ui ſanguinis q; aqua
rum in mare ſe uoluerent. Fuſi tandem profligatiq; orientales: imminentibus
a tergo illyricianis: partim in mare ſaucii protrudebantur: partim in colles
ſũmos fugitantes a perſequentibus obtruncabantur: cumq; iis una vulgus
ingens hominum qui ex urbibus uicinisq; agris confluxerant. Deſuper qua
ſi ex tuto loco prælium ſpectaturi. At Niger ualido uehens æquo paucis co
mitantibus Anthiochiam peruenit: ubi fugiente paſſim multitudine: ma
gnoq; ubiq; fletu clamoribus natos fratreſq; lugentium: deploratis: & ipſe
rebus ſuis fugam capit: occultantiq; dein ſe in ſuburbano quodam: & ab
æquitibus reperto caput amputatum: hunc habuit exitum uitæ Niger: dato
cunctationis tarditatiſq; ſupplicio: homo alioqui ut perhibent: publice priua
timq; minime improbus. Sed occiſo Nigro: Seuerus omnes ſtatim illius
amicos ſupplicio affecit: ſiue qui ſponte: ſiue qui neceſſitate coacti rebus illi
us ſtuduiſſent: militibus tantum qui effugerant: ac trans fluuium tygrim me
tu Seueri ad Barbaros abierãt: impunitate propoſita recœptis: Quippe ma
gna uis hominũ in ea loca conceſſerat: Quo effectum eſt: ut ualidiores dein
ceps barbari aduerſus Romanos conferenda manu euaſerint: Gnari antea
pagnare tm̃ arcu ex equis: neq; armatura muniti: neq; haſta gladioue: ſatis
audaces leui pendulaq; ueſte: plurimumq; interfugiendum auerſi ſagittas
intendebant: Poſtea uero q; Romani aliquot milites: fabriq; nonnulli in eas
regiones confugerunt: ibi ætatem acturi: non ſolum armis uti: ſed ea quoq;

conficere barbari didicerunt. Rebus autem oriẽtis: ex ſententia geſtis : atq; ut res poſcere uidebatur ordinatis : cupido iam Seuerum habebat : regem quoq; Atrenoriũ bello tentandi : ac Parthorum regionẽ occupandi : quos utroſq; in ſocietatem Niger aſciuerat: Quibus tamen rebus in aliud tempus reiectis cogitare inſtitit: quo pacto ſibi imperiũ Romanum : liberiſq; ſuis bona fide adiudicaret. Nam ſublato Nigro : reliquus erat Albinus: quem ſibi parum ex ſententia: parumq; uſui fore arbitrabatur : vulgato rumore : iam nimis illum impotenter: nimiſq; moleſte nomen Cæſaris uſurpare: Præterea multos eſſe e primoribus ſenatus : qui ad eum clam darent litteras : hortantes ad reditũ: abſente adhuc occupatoq; Seuero : Quippe nobilitas omnis Albinũ malebat impatorẽ: ortum illuſtri genere: ac bonæ ĩdolis iuuenẽ: quibus rebus cognitis Seuerus : minime utiq; apertis inimicitiis : ac manifeſto bello agendum putans: nulla exiſtente cauſa quæ ſaltem ſpecie honeſta uideri poſſet. Decreuit eum dolo inſidiiſq; tentare: Quare tabellarios aliquot: ex his qui litteras imperatorias perferunt : fidiſſimos ſibi homines cum litteris mandatiſq; ad eum mittit : præmonitos uti redditis publice epiſtolis: Quædam habere ſe dicerent: quæ apud illum remotis arbitris loquerentur: quare ut primũ ſeorſum a cuſtodibus nacti eum forent : facto impetu obtruncarẽt: Quin uenena quoq; dedit: quibus eum ſi poſſent per aliquem miniſtrorũ ab epulis: aut a cyatho aggrederentur: Erat autẽ illius amicis ſuſpecta Seueri fides itaq; cauendum identidem admonebant : hominem perfidioſum plenũ fraudis : & inſidiarũ. Nam vulgo etiam parũ conſtanti fide habebatur : impulſis ut dictum eſt per iporum filios: Nigri ducibus: ad res illius prodendas Dein poſtq̃ eorum opera abuſus eſt: ſuaq; omnia ex ſententia compoſuerat: ipſis liberiſq; enecatis. Igitur infidum ſubdolumq; ingenium : res ipſe declarabant: obq; id maiore ſe cuſtodia Albinus circũmunierat: neq; enim temere quiſq̃ a Seuero miſſus ad illum introducebatur: niſi prius depoſito militari gladio: ſinuq; excuſſo: Poſtq̃ igitur a Seuero tabellari ad eum peruenerunt: redditiſq; publice litteris : habere ſe dixerunt quedam ſecretius ſuggerenda: indulgens ſuſpitionibus Albinus comprehendi illico iubet: dein ſeorſum explorata re: inſidiiſq; ordine intellectis: ubi noxios ſupplicio affecit: iam ipſe ſe ut aduerſus manifeſtiſſimũ hoſtem comparabat : quibus cognitis Seuerus homo iracundo ingenio: non iam celandas ſibi inimicitias putauit: ſed omni conuocato exercitu huiuſcemodi habuit orationem.

Neq; leuitatis me quiſq̃ ob anteacta inſimulet : neq; infidum aut ingratum putet: aduerſus eum quem pro amico habuerim: omnia nos quidem preſtitimus: etiam in partem principatus & quidem ſtabiliſſimi recœpto : Quod ne

germanis quidem fratribus facile quisq̃ indulserit: quod enim mihi uos uni detulistis: id ego illi cõmunicaui. Tantis autem beneficiis nostris: pessimã uidelicet gratiam retulit Albinus contempta uirtute nostra suæq; imemor fidei: ardensq; in exhausta cupiditate: id totum periculose preripiendi: cuius particeps esse citra bellum ac dimicationẽ ullam potuisset: neq; deos reuere tur: per quos toties iuratus est: neq; uestris parcit laboribus: quos tanta cũ gloria uirtuteq; pro nobis pertulistis. Quippe successuũ uestrorum: nec ipse fructu carebat: imo autem si fidem seruasset: maior illi portio contigisset: ut autem si ipse auctor malorũ sis iniustus uideare: ita si non ulciscare accœptas iniurias ignauus: Nam cum bellum aduersus Nigrum gessimus: non ita sa ne speciosas inimicitiarũ causas habebamus: non enim quasi raptorem occu pati a nobis principatus oderamus. Sed positum eum in medio: atq; adhuc in disceptatione uersantem: pari uterq; ambitu ad se trahebat. Cæterum Al binus despecto fœdere ac iureiurando: cum sit nostro munere adeptus quæ tantũ legittimis liberis tribuuntur: hostis esse mauult nobisq̃ familiaris: Vt igitur pridem beneficio affectum honore gloriaq; cohonestauimus: ita nunc perfidiosum atq; imbellem ipsius animũ coarguamus armis: Neq; enim su stinere ille exercitus poterit exiguus: atq; insularis uires nostras: nam cũ uos propemodum soli alacritate quadam & uirtute uestra: tam multis prælis per uiceritis: totumq; uobis orientem subegeritis: quis dubitet: quin hunc quo q; tantarũ accessione uirium: quippe hic totus pœne Romanus exercitus: faci le profligaturi paucos sitis? ne sub uiro quidem sobrio: ne dum sub forti du ce militantes: Quis enim luxuriã illius ignorat? uitamq; hominis subulco rum potius gregibusq̃ militũ legionibus congruentẽ? Proinde eamus auda cter in illũ qua solemus alacritate animi atq; uirtute diis freti auctoribus: ab eodẽ impie peieratis: simul memores excitatorum sæpe a nobis tropheorũ: quæ scilicet ab ipso despecta sunt. Hæc locuto Seuero: confestim exercitus uniuersus Albinum hostem declarat: excœptoq; fausti is acclamationibus ipo nihil non alacritatis: & studii clamoribus ostendentes: magis magisq; homi nem spe addita succenderunt: qui amplissimo donatiuo milites prosecutus: statim uniuersos contra Albinum educit: missis item pariter qui Bizantiũ expugnarent clausam adhuc: recœptis Nigri ducibus: quæ deinde urbs fa me capta: totaq; plane diruta: simul theatro thermisq; omniq; cultu: atq; ho nore detracto & in uici formam redacta: perinthiisq; adiudicata est: quemad modum Anthiochia quoq; Laodicenis: tum & pecuniæ magnam uim cura uit: ad reficiendas instaurandasq; urbes: quas Nigriani milites deuastaue rant: Ipse iter faciebat sine intermissione: neq; festos dies neq; labores ullos:

magnopere curans algoris atq; æſtus iuxta patiens. Sæpe etiam per altiſſi
mos montes hieme ſæua niuibus cælo ingruentibus ibat aperto capite : ut
milites ad alacritatem patientiamq; laborum re ipſa cohortaretur . Quocir
ca non metu quodam ac lege : ſed æmulatione magis : atq; exemplo princi
pis : ad perferenda omnia incitabantur . Miſit etiam qui anguſtias occupa
rent alpium atq; aditus Italiæ obſiderent. Enimuero poſtq̃ nunciatum Alb
no eſt : nihil cunctari Seuerum : ſed adeſſe iam : ſupinus hactenus ac delicias
agitans : magno tum metu perculſus ſtatim e Britannia tranſmittens in ad
uerſo Galliæ littore caſtra collocauit: litteriſq; ad uicinarum gentium præſi
des miſſis : pecunias cõmeatumq; exercitibus iuuandis corrogabat. Qui
igitur dicto audientes fuerunt : peſſime illud in ſe conſuluerunt : nullo non
ſupplicio : dein poſt bellum affecti : qui uero imperium detractauerunt : cum
quidem fœlicius q̃ prudentius id egiſſent euaſere incolumes : euentu ac fortu
na rerum utraq; conſilia diſcernentibus. Sed ubi iam in Galliam Seueri co
piæ peruenerunt : leues quædam primo pugnæ : quaſiq; uelitares fuerunt:
Donec poſtremo apud Lugdunum magnam urbem atq; opulentam præ
lium in manibus fuit. Nam cum ſe mœnibus tenuiſſet Albinus : exercitus
emiſit in pugnam : ut uero ad manus uentum diu quidem utrinq; decerta
tum eſt æquis uiribus: ſic ut ambigua victoriæ fortuna penderet. Neq; enim
Britanni uel animi magnitudine: uel auiditate cædis : illyricis conceſſerint:
Ita conflictu primo ualentiſſimorũ exercituum : neutram in partem acies in
clinabat : atq; ut nonnulli prodiderunt eius ætatis autores : qui non ad gra
tiam : ſed ad fidem loquuntur : longe potior fuit Albini acies : qua in par
te Seuerus curabat : ſic ut fugerit & ab equo deciderit : abiectoq; palu
damento delituerit. Sed inſequentibus iam uitulantibuſq; Britannis: ceu
plane victoribus: apparuiſſe extemplo Lætum Seueri ducem : cum recenti ad
huc exercitu: quippe male audiit: quaſi euentũ pugnæ expectauerit: cũctatus
deinduſtria : retento milite : ut ſibimet imperiũ uendicaret . Siquidem non
prius in pugnam protulit pedem : q̃ ubi Seuerus cecidiſſe nunciatus: quã ſu
ſpicionẽ etiã deinde euentus approbauit: quippe rebus omnibus ex ſententia
mox compoſitis: atq; in maxima ſecuritate agitatis : Seuerus cum quidem
cæteros belli duces magnis affeciſſet præmiis: Lætũ ipſum tamen ut par fuit
memor proditionis morte mulctauit. Sed iſta quidem poſt fuere: Tunc autẽ
conſpecto : ut diximus Læto ſpes addita Seuerianis eſt: ac ſublatus in equũ
Seuerus: & paludamẽto purpureo circundatus. At Albiniani iam ſe victores
rati: confuſis ordinibus incitãte ſe in eos ualida deimprouiſo recentiq; hoſtiũ
manu : cum paulum primo reſtitiſſent: terga demũ uerterunt : fuſos igitur

fractoſq; eos perſecuti Seueriani: magna edita ſtrage: ad urbem ipſam perue
nerũt. Occiſorũ utrinq; aut captiuorũ numerus: uarie prout uiſum eius ætas
ſcriptoribus proditur. Direptaq; mox & incenſa Lugdunũ : & Albino ca
put abſciſſum perlatumq; ad Seuerum eſt: ita duo maxima excitata trophea
ad orientem & ſeptentriones: ſic ut nihil ſit quod cũ Seueri contentionibus:
aut victoriis conferas: ſiue copiarum multitudinẽ: ſiue nationũ motus : ſiue
numerum pugnarũ: ſiue itinerum longitudinẽ celeritatemq; conſideres : Nã
Cæſaris quidẽ res aduerſus Pompeiũ : Romano utrinq; milite: magnæ pro
fecto fuerunt. Item Auguſti aduerſus Antoniũ: aut Pompei liberos: & quæ
antea a Sylla Marioq; ciuilibus externiſq; præliis geſta ſunt. Sed q unus uir
tris imperatores rerum iam potitos ſubſtulerit : qui urbanos exercitus Ro
mam ipſam: ac palatium obtinentes: aſtu circumuenerit: quiq; unum e prin
cipibus in ipſa palatina aula curauerit occidendum. Alterumq; iterum in
oriente rurſus gubernacula rerum tenentem: appellatumq; a Romanis impe
ratorem: tertium porro Cæſaris honore atq; auctoritate præditum in pote
ſtatem redegerit: haud facile alter inuenietur. Hunc uitæ finem habuit Albi
nus: breui ſane lætatus funeſto honore. Cæterum Seuerus omnem ſtatim
iram atq; atrocitatẽ animi ſuã: in illius neceſſarios Romæ effudit: ac primo
quidem premiſſo in urbem capite Albini abſciſo: iuſſoq; publice patibulo
præfigi in ima epiſtola: qua de ſua victoria populum edocebat : hocq; aſcrip
ſit. Ideo ſe caput illud publice in patibulo ſpectandũ miſiſſe uti exemplum
caperent: quid item ipſis patiendum foret. Rebus igitur Britanniæ ordina
tis cum totius inſulæ adminiſtrationẽ biffariã diſpertiſſet: itemq; omni Gal
lia quemadmodũ quidem uidebatur: compoſita ex ſententia : ſuplicioq; de
Albini amicis ſumpto: ſiue quos eis ſua quemq; uoluptas: ſiue neceſſitas ad
iunxerat: continuo Romã proficiſcitur: Exercitum ſecum omnẽ adducens:
quo terribilior uideretur: confectoq; magna uelocitate itinere: quemadmodũ
conſueuerat infeſtus adhuc ſuperſtitibus Albini amicis : Romam intrat oc
currente laureato populo: ac magno honore fauſtis acclamationibus ex
cipiente: ſenatuq; uniuerſo conſultante : Tametſi pleroſq; metus conſterna
uerat : q; ſibi haudquaq; parſſurum rebantur : immitem ſuapte natura &
ſanguinarium: neq; ſane magna cauſa indigentem: ad inferendas iniurias :
cæterum tunc probabiles odii rationes habiturum. Poſtea uero q; in templũ
Iouis ingreſſus eſt : omniaq; ſacrificia de more peregit: reuerſus in palatium
magno congiario populum Romanum victoriæ nomine proſecutus : ac
nũmos militibus largitus eſt: ſimul alia permulta indulſit : quæ nunq; antea
accœperant. Nam & frumenti ſũmã primus adauxit: & aureis ãnulis uti: &

domi habere mulierem permiſit: Quæ omnia procul a militari diſciplina: ſuccinctos eos paratoſq; ad bellum: minime præſtituta uidebantur: primuſ q; ipſe duriciam: atq; aſperitatē uictus: tollerantiamq; laborum: diſciplināq; omnem ac ducum reuerentiam ſubuertit: inhiare pecuniis & mundicias cole re militibus inſuefactis. His ergo optime pro ſuo iuditio conſtitutis: curiā deinde ingreſſus: ſedenſq; imperatoria ſella: accuſare inſit truculenta oratio ne Albini amicos: prolatis etiam quorundam arcanis epiſtolis: quas apud illum ſepoſitas depræhendiſſet: quibuſdā autē exprobrans: q; eum ſplendi dioribus muneribus affeciſſent. Aliis q; amici orientalibus: aliis q; Albino fuerint notiores: eoq; pacto eximium quemq; e ſenatu: tum ut quiſq; in pro uinciis: genere aut opibus excelleret: omnes ſine diſcrimine ſupplicio affi ciebat: ulciſcens ut quidem præ ſe ferebat inimicos: ſed re uera ſubigente auā ricia: qua ſupra omnes imperatores laborauit. Nam ut animi patientia: atq; in laboribus perſeuerantia ſimul rei militaris gloria: nemini etiam laudatiſ ſimo conceſſerit. Ita quæſtui ſupra q̄ dici poſſit addictus: iniuſtis cædi/ bus atq; adeo cuicuimodi ex cauſa pecuniam colligebat: imperium metu q̄ beniuolentia retinens: Quāq̄ popularis eſſe in primis uolebat: edendis omni fariam magnificentiſſimis ſpectaculis: centenis etiam ſæpenumero occiſis beluis: quas omnibus regionibus noſtris: barbariſq; conquirebat. Sed & cō giaria dedit uberrima: & certamen propoſuit: undiq; accitis ludionibus atq; athletis: Vidimus item ſub illo quoſdā omnis generis ludos: cunctis æditos theatris: ſimulq; ſupplicationes: & peruigilia ad formam Cereris initiorum: Seculares ii tunc appellabantur: cælebratos: ut aiunt: decurſo trium ſpa cio ætatum. Siquidem urbe tota atq; Italia precones itabant conuocatū om nes ad ludos: quos nec uidiſſent hactenus: nec uiſuri poſtmodum forent. Ita ſcilicet interuallum præteritæ futuræq; celebritatis: ſupra omnem eſſe homi num ætatem ſignificantes. Igitur aliquandiu Romæ moratus: participato filiis imperio: cum ſe ciuili tantum uictoria: contraq; Romanos exercitus ha bita clarū hactenus ītelligeret: ex qua etiam triumphū recuſauerat. Decreuit itē Barbaroꝝ inclareſcere trophæis. Quocirca prætextu uindicādi Barſemii Atrenorum regis: qui Nigri partes fouerat: exercitum in orientē eduxit: iam q; in Armeniam facturus impetum: præuentus a Rege Armeniorum eſt: mittente obſides ultro & munera: ac ſuppliciter petente: ut ſibi cum illo inire amicitiam fœduſq; ferire liceret. Quare Seuerus procedentibus ex ſenten tia rebus: in Armeniam perrexit ad Atrenos. Sed & rex oſrhoenorum. Augarus ad eundem tranſfugit: Traditiſq; obſidio liberis: fidem ſuam autorauit: Sagittariorumq; uim magnam miſit auxilio: Cæterum Seue

rus regionem interamnanam : agrumq; Abenorum transgressus : etiam in Arabiam fœlicem excucurrit. Illic enim herbæ proueniũt odoratæ: quæ nos aromata suffimentaq; habemus: ibiq; expugnatis uicis urbibusq; permultis: omnemq; agrũ depopulatus: in Atrenorũ regionem mox ingressus : Atras circumsedit urbem scilicet altissimo impositam monti : ac maximis ualidissi misq; obseptam mœnibus : florentemq; ingenti sagittariorũ copia . Igitur hanc urbẽ Seuerianus exercitus: quãta maxima ui poterat oppugnabat: machinæq; omnifariã: mœnibus admouebantur : nullo oppugnationis genere prætermisso. Contra autẽ Atreni audacter urbem defensare: sagittasq; ac lapides superne iacientes: pessime accipere Seuerianos: etiamq; uasa fictilia uolucribus quibusdam: uenenatisq; bestiolis oppleta deuoluere : quæ cum aut oculis inuolitarent: aut in apertas corporis partes sensim obreperent : grauiter singulos consauciabant : incideratq; in morbos Romanus miles : æstum illũ cæli nimio sole pre feruidi: parum ferens: sic ut longe plures: ob hos casus: q̃ hostili manu interierint : proinde defatigatis iam & cõtusis omnibus procedente secus obsidione : ac plus iacturæ q̃ lucri : Romano milite faciente decreuit exercitum Seuerus priusq̃ uniuersus periret deducere ex eis locis: tristem uidelicet infecto negotio. Quippe assuetus uincere prælijs omnibus: uictum se tunc putabat : quia minus uicerat: Sed eũ prospera fors & fautrix statim cõsolatur. Neq; enim plane rebus infectis remeauit : sed maiore q̃ sperauerat successu : Nam impositus ~~manibus~~ nauibus permultis : exercitus uniuersus: nequaq̃ scilicet quo intenderat Romanæ appulsus ripæ: Sed undarũ impetu Parthorũ ad agrum prouectus : haud procul Ctesiphonte : qua in urbe sedes regis est: Is tunc pacem agitans: ac nihil ad se pertinere Seueri pugnas autumans: quas gereret cũ Atrenis : ocioſus uidelicet nihil expectabat mali. Cæterum Seueri exercitus: cum ad eas ripas ui fluminis inuectus: mox q; in terram esset expositus : omnẽ illico depopulari agrum cœpit : abactisq; ut in quæq; inciderant pecoribus ad uescẽdum : uicisq; aliquot incensis : paulatim usq; ad Ctesiphontẽ perrexerunt: qua in ciuitate magnus Rex Arthanus cõmorabatur. Igitur imparatos nacti barbaros : cæsis primo quicumq; restitissent : direptaq; mox urbe : pueris fœminisq; in captiuitatẽ abductis: tantũ ipso Rege cum paucis æquitibus elapso: thesauris illius: ornatuq; omni & suppellectile potiti uictores egrediuntur : Ita Seuerus fortuna magisq̃ consilio : parthicam uictoriã adeptus est. Igitur prospere succedẽtibus rebus litteras ad senatũ popplũq; Romanũ de se magnificas dedit: ac depictas in tabulis pugnas uictoriasq; suas exposuit: nihil non honorũ decernente senatu : & super his cognomina imponente deuictarum gentium. Ipse interea

rebus ad orientem ſic geſtis: Romam reuertebatur: filios iam puberes ſecum adducens: confectoq; itinere: ac prouinciis ut cuiq; uſus foret ordinatis Miſoq; & Pannoniorū recognitis exercitibus: urbem dein triumphans inuectus eſt multis acclamationibus: omniq; cerimonia: populo excipiente: cui quidem ipſe feſtos dies ſacrificiaq;: & ſpectacula ac celebritates indulxit. Magnoq; dato congiario: etiam ludos pro uictoria celebrauit: Romæ deinde: haud paucos moratus annos: ius dicebat frequenter ciuilibus negotiis: & liberis erudiendis intentus. At illi iam tum adoleſcentes: deliciis uictuq; urbano: nimioq; ſpectaculorū aurigationis: & ſaltationis ſtudio: bonam indolem corruperant: Interq; ſe fratres deſtidebant: puerili primū certamine edēdis coturnicum pugnis: Gallinaceorūq; conflictibus: ac puerorū colluctationibus: exorta diſcordia. Nam ſeu quid in Scæna audirent: ſiue item ſpectarent: ſemper utiq; diuerſis accedebant: nuſq̄ eiſdem ſtudente utroq;. Sed quod alteri carum foret: id alteri ſtatim odioſum: cōmittentibus etiam utrinq; adulatoribus atq; miniſtris: nihilq; non ad gratiam ſuggerentibus ut ad ſe quiſq; prouirili diuerſos retraherent. His cognitis Seuerus reducere in gratiam: atq; emendare conabatur: Tum Baſſiano qui tunc honores imperatorios adeptus: Seuerus Antoninus accœpto Marci cognomine uocabatur: ac maior natu erat: uxorem dedit filiam Plautiani præfecti cohortibus urbanis. Hic: ut perhibent: Plautianus ab initio ætatis: tenui fortuna fuit: ſeditioniſq; & aliorum criminū reus: ac mulctatus exilio: Sed erat Seueri municeps afernatione: atq; ut quidam putant etiam conſanguinitate propinquus: ut uero alii affirmant: flore magis ætatis per ſtuprū conciliatus: Hunc autem Seuerus ex parua humiliq; fortuna: ad opes maximas prouexerat: ac damnatorum bonis adiudicatis: longe ſupra cæteros collocupletauerat: tantum non imperio quoq; participato: quis ille opibus licentiaq; abutens: nihil crudelitatis: aut uiolentiæ: ut quicq; ageret omittebat: cunctis etiam atrocior omniū ætatum principibus. Ergo huius filiam Seuerus uxorem filio ſuo tradidit. Enimuero Antoninus ipſe parum lætus eo matrimonio: ac neceſſitate q̄ uoluntate impulſus: puellam ipſam pariter: & puellæ parentem peſſime oderat: ſic ut ne Thorum quidem laremq; cum ea cōmunem pateretur: adeoq; auerſabatur: ut minaretur quottidie occiſurum ipſam patremq;: ſimulatq; imperium ſolus obtinuiſſet: Quod cum illa identidem ad patrem referret: ſimulq; quantopere inuiſa foret patefeciſſet: magnopere hominem irritauit. Igitur Plautianus ſenem iam Seuerum ipſum cernens: ac morbo ſæpe laborantem: Contra uero Antoninum ferocem in primis audacemq; iuuenem: pauidus ob illius minas: decreuit facinus inuadere aliquod priuſquam ipſe

opprimeretur. Suberant præterea multa quæ hominem ad imperii cupidita
tem imflammarent. Opes quantas nemo antea priuatus possederat: militū
præterea obedientia: & apud omnes Romanæ ditionis homines maximi ho
nores. Ad hæc habitus: quo in publicū prodibat: Siquidem latū clauum per
petuo habebat: atq; insecundis consularibus numerabatur: ensem præterea
gestabat: cæteraq; omnia suppremæ dignitatis insignia: adeo quacūq; incede
ret trux atq; horribilis: ut non modo: nō adiretur a quoq̄: sed etiam qui for
tuito occurrebant: ab eo auerterent oculos: Quin anteambulones aliquot
quacūq; iter facerēt denunciabant: ne quis in proximo consisteret: ne ue illū
intueri auderet: Sed auerterent uniuersi oculos: terramq; despectarent: Quæ
cum cognouisset Seuerus: ne ipse quidem prorsus æqui boni facere: sed mole
stius iam grauiusq; ferre: sic ut non nihil etiā: de illius auctoritate detraheret:
ac persuadere homini conaretur: aliquid iam e tanta illa insolentia imminue
ret: quorū impatiens Plautianus non dubitauit imperiū ipsum appetere insi
diis. Quocirca talia quedam machinatur: Saturninus erat quidam tribunus
qui Plautianum in primis obseruabat: & cum facerent idem omnes: unus ta
men ille maiori quadam uenerationis specie: magis magisq; homini obrepse
rat. Hunc sibi igitur fidissimū fore putans: ac solum deniq; cōmissa tacite
habiturum: atq; imperata facturum: uocari ad se sub uesperam iubet: Remo
tisq; arbitris. Nunc illud inquit est: cum sūmam imponere manum debeas
amori obseruantiæq; tuæ: cuius mihi hactenus dedisti specimen: cumq; ego
remunerare te pro meritis ac debitam referre gratiam possim: datur optio ti
bi uelis ne ille ipse euadere: quem me nunc esse cernis: atq; huic tante potentiæ
succedere: an perire statim: dato contumacis animi supplicio: Neq; tu uel ma
gnitudinem rei pertimueris: uel nomina imperatorū expaueris: intrare tibi
in cubiculum: ubi somnum capiunt: soli nempe licet: redeunte uice: nocturnæ
custodiæ: clam nulloq; prohibente: facile quod uolueris transiges: Nihil est
autem quod hic meū iam expectes imperium: Abi modo in aulam principū:
quasi aliqua a me mandata habeas arcana & grauia: atq; ut uirum fortem de
cet: Senem unum ac puerum: intra suum utrunq; cubiculum obtronca: Nā
cum in partem ueneris periculi: etiam re confecta in partem maximi honoris
succedes: Hæc dicta ut animum tribuni perterruerunt: ita minime consilium
excusserunt: Sed ut homo neutiquam mente captus: erat enim genere Sy
rus: ac sunt ferme ad orientem mortales acerrimis ingeniis: cognito furore
ac uecordia: quantumq; ei liceret minime ignarus: haud quaq̄ ausus: detre
tare: ne scilicet continuo daret pœnas: cum se optata ac lubentia simularet
audire: prius adorato illo tamq̄ imperatore: iam libellum petebat demanda
tæ sibi cædis. Quippe mos tyrannis: cum aliquē indemnatū occidi iubent:

per litteras potiſſimū iniungere: ne dein cædis impatæ: nullum relinquaſ argumentum. Hic Plautianus cæcutiens: nimia cupiditate: dat libellum Tribuno: atq; ad cædem emittens: admonet diligenter: ut interfecto utroq; principe: priuſq̃ diuulgeſ facinus: ſe iubeat acciri: quo ante in palatio conſpiciaſ: q̃ occupatum imperiū quiſq̃ audiat: Sub hac pactione tribunus digrediſ: ac de more totā libere domū principis puadit: cognitoq; q̃ difficile factu foret: duos ab uno hoīe principes: & quidē diuerſis habitantes cubiculis obtruncā ri: adit ad Seuerum & cū ianitoribus agit: ut ſe ad principē intromittant: afferre ſe quæ ad illius ſalutē pertineant: Illi hæc Seuero renunciant: qui tribunum continuo iubet accerſi. Ingreſſus uenio inquit tibi o domine: ut ſane putat is a quo ſum miſſus ad cædem tui carnificināq;: ut egomet opto ac uolo beneficii auctor tibi & ſalutis. Plautianus impium captans inſidiis: cædē mihi tuā: filiiq; tui mādauit: neq; uerbis modo ſed & litteris: Teſtimonio eſt hic libellus. Equidē ego recœpi facturum quæ imparet: ne alter ſcilicet me detrectante negotium ſuſciperet: ueq; ad indicandā rem tibi ſum pſto: ne ignarum illius opprimat audacia. Dicenti hæc tribuno: atq; ubertim lachryman ti: non cōtinuo tamen fidē Seuerus habebat. Quippe adhuc in pectore multum: ex Plautiani amatorio inſederat: quin id eſſe totum negotiū cōpoſitū ac fabuloſum ſuſpectabat: ratus filium ſuū Plautiano infeſtum. Natāq; eius peroſum cōmentum eſſe technā huiuſcemodi: ac mortiferam calumniā: qua re accitum ad ſe grauiter īcrepare inſtitit: q; in hoīem amicū: atq; domeſticū: talia machinareſ: Antoninus autē primo quidē deierabat: ignarum ſe totius negotii: dein inſtanti tribuno: & libellū oſtendenti: aium audaciāq; addebat ad crimē coarguendum. Sed ille cognito q̃ magnū in diſcrimen uenerat. Tū pterea haud ignarus q̃ accœptus Seuero Plautianus foret: neq; non etiam intelligens: ſi latuiſſent inſidiæ parumq; indiciū probareſ: exquiſitiſſimū ſibi impendere ſupplicium. Et quod nam inquit o domini argumentū amplius? quodue apertius quæritis indicium? Sinite egrediar regia: perq; aliquē fidū mihi hoīem ſignificē Plautiano facta eſſe iam: quæ impauerat: aderit ille ſtatim re credita: uacuā ſcilicet regiam occupaturus. Ibi ueſtri muneris fuerit rē totam deprehendere: Iubete modo in ædibus quietē agitari: ne p̄cognita res omne cōſiliū ſubuertat. Hæc locutus fidiſſimū ſibi hoīem delegit: qui Plautianum ſuis horteſ uerbis: acceleret atq; adſit q̃primū: dum uterq; princeps iacet: Oportere anteq̃ res populo innoteſcat: intus eſſe eū: ut ſcilicet occupata arce: cōſtabilitoq; impio: uelint nolint uniuerſi: non ſcilicet principatum adeunti: ſed iam plane principi obediant. His creditis Plautianus: erat autē iam diei ueſper: magnā in ſpem ſublatus: loricā induit ſub ueſte tuendi corporis gratia: ſimul conſenſo uehiculo properat in regiam: paucis modo qui

aderāt adducētibus: ratiſq; eum magnis de rebus ab impatoribus acciri: Vt aūt in aulam nullo prohibēte ingreſſus ē: ignaris quæ agitarent̄ cuſtodibus: occurrens tribunus cōpoſito dolo ſalutat impatorē: Dein manu prehenſum deducit intra cubiculū: ubi proiecta eſſe imperatorū cauadeuera mentiebat̄: Iamq; aliquod e corporis ſui cuſtodibus Seuerus cōparauerat: qui ſtatim ingreſſo manus iniicerent. At Plautianus cum longe alias aīo ſpes agitaret: ut ingreſſus cubiculū eſt: cernens utrūq; illic ſtantē principē: cōprehenſumq; ſe teneri ſentiens re tanta perterritus rogare: ac ſupplicare falſa oīa dictitans commentūq; hoc in ſe ac fabulā excogitatā. Igitur exprobrante hinc Seuero beneficia & honores. Illinc Plautiano fidei beniuolentiæq; ſuæ ueteris teſtimonia repetente. Paulatim labaſcere Seuerus: ac pſuaderi Plautiani uerbis. Donec pars loricæ p ſciſſum ueſtimēti apparuit. Qua Antoninus aīaduerſa: Audax iuuenis & iracūdus: ac iā antea hōi infeſtus. Atqui inq̄t: ad hæc certe duo q̄d reſpōdeas expecto. Veniſti ad impatores ſub ueſperā minime accitus: dein q̄d ſibi rogo hæc lorica vult: quis ad cœnā cōmeſſationē ue armatus accedit. ſimul hec dicens: iubet tribunū: cæteroſq; qui aderant illico eum ſtrictis gladiis obtruncare: ut hoſtē manifeſtariū: Nihil illi cunctati iuſſa faciunt iuuenis impatoris occiduntq; illū: & cadauer in uiam proiiciunt ad vulgi ludibrium: Hunc finē habuit parē uitæ Plautianus: in exhauſte homo cupiditatis: Cæterum Seuerus duobus præfectis militaribus conſtitutis: plurimū in ſuburbanis: aut circum maritimas cāpaniæ oras agitabat: ius dicens: & ciuilibus negotiis intentus: cupienſq; in primis uti Romæ ſui liberi bonis moribus inſtituerentur. Nā ludis eos ſpectaculiſq; uehementius ſtudere aīaduerterat: q̄ principibus cōueniebat: quo fieret: uti ſtudio certamineq; ſemp in diuerſum tendē te: etiam animi iuuenū diſtraherent̄. quibuſdā quaſi admotis contentionū: atq; inimicitiarū facibus: maxime tamen Antoninus intollerandus: ſublato iā e medio Plautiano terribiliſq; & formidoloſus erat oībus: tum illius natæ coniugi ſcilicet ſuæ: quibus maxime artibus: aut machinis poterat: exitium intendebat. At Seuerus ipſam pariter cū filiolo quem pepererat ablegauit. in Siciliam: datis opibus: quantæ ad uictum: atq; uſum abunde ſufficerent: imitatus in hoc auguſtū: qui filios Antonii: poſtq̄ hoſtis iudicatus eſt: eodē modo tractauerit: ipſe ad pacē concordiāq; reuocare liberos: & reconciliare utrumq; alteri conabat̄: admonens identidē ueterū fabularū: inquis pleræq; regum calamitates fraternis ortæ diſſentionibus memorant̄. Huc addebat theſauros tēplaq; pecuniis plena eſſe: diuicias foris ex uictigalibus accedere: poſſe in tanta opulentia: militē largitione teneri: auctas in quadruplū copias urbanas: tantū ſedere exercitū ante urbem: ut nulla externa uis: ſeu multitudinem ipam militū: ſeu corpoꝝ magnitudinē: ſeu pecunie abundantiam

ſpectes par inueniri tantis opibus poſſit. Sed ea in nihilū recaſſura: ipſis inter ſe diſcordantibus: atq; inteſtinū agitantibus bellum. Hæc ille quottidie ediſſe rens: preceſq; caſtigationibus admiſcens: reprimere illoꝝ ſpiritus: ac reducere germanos in gratiā ſtudebat. Cæterū oīa fruſtra erant: quippe frenos ore de pulerant: proni ſemp in peius: atq; illos adoleſcentes: adhuc in ipſo ætatis fer uore: atq; in ſūma licētia: uoluptatū oīum irritamētis incitatos: etiā adulatoꝝ miniſteria diuerſos trahebant: Scilicet qui nō modo illoꝝ obſequerent cupi dinibus atq; flagitiis. ſed noua ſemp aliqua excogitarent: unde alteri gratū fieret: alter offenderet: Quoꝝ etiam nōnullos Seuerus ipſe: in huiuſcemodi miniſteriis deprehēſos: ſupplicio affecit: Hanc liberoꝝ ſuoꝝ uitam: & indeco ra in ſpectaculis ſtudia ferens grauiter ſenex impator: līras a præfecto Britan niæ accœpit: quæ docebant: barbaros illic ſeditiones agitare: regionēq; oēm i curſionibus ac depopulatiōibus euaſtare. Quare maiore manu ad reſiſtēdū: uel etiā principis ipſius p̄ſentia opus eſſe: Lætus ea Seuerus accœpit: Quip pe homo ſuapte natura gloriæ appetentior. poſt uictorias ad orientē: ſepten trionemq; & cognomina utrinq; parta: etiā trophea contra Britannos excita re aliqua cupiebat: Ad hæc filios quoq; abducere ex urbe: ut procul a mondi tiis urbanis in caſtris militari uitæ ac ſobriæ iuuenes īſueſcerēt. Ita expeditio nem in Britanniā edicit: ſenex iam & morbo articulari laborans: tanta autē animi uirtute: quanta nemo unq̄ iuuenū: Igitur iter ingreſſus lectica plurimū uehebat: nulloq; ceſſabat loco: quare confecto itinere: ſpeq; omni ac ſermone celerius: enauigato occeano: Britanniā ingreſſus eſt: collectiſq; militibus ac maximis conflatis uiribus: bellum cōparat. Cæterum Britanni repentino principis aduentu perculſi: Auditoq; tantas contra ſe cōparari copias: Lega tos ad eum de pace: ac ſe ipſos expurgatum miſerunt. At Seuerus moras de induſtria nectens: ne uacuo ſibi Romā redeundum foret: cupidus uictoriæ co gnominiſq; Britannici: Legatos quidē re infecta domū dimittit. Ipſe q̄ bello uſui forent: maxima ſollertia cōparabat. Sed in primis tamen curæ habuit: pontibus occupare paludes: ut ſtare in tuto milites poſſent: atq; in ſolido pre liari. Siquidē Britāniæ pleraq; loca: frequentibus occeani alluuionibus palu deſcunt: Per eas igit̄ paludes barbari ipſi natant: excurſantq;: ad ilia uſq; de merſi: ac pleraq; corporis nudi: cœnum contēnunt: neq; enim ueſtis uſum co gnorunt. Sed uentrē atq; ceruicē ferro incingunt: ornamentū id eſſe: ad diui tiarum argumemtū exiſtimantes. Perinde ut aurum cæteri barbari: quin ita notant corpora pictura uaria: & omnifariā formis aīalium. Quocirca ne in duunt̄ quidē: ne uidelicet picturam corporis adoperiant. Sunt autē bellicoſiſ ſima gens: atq; auidiſſima cædis: tm̄ ſcuto anguſto lanceaq; contenti: p̄terea gladio nudis corporibus depēdente: loricæ ac galeæ pœnitus ignorāt uſum:

impedimentū id esse transgrediendis paludibus arbitrantes: quarū vapori
bus æstuq; cælū ibi semp caliginosum: Ad hæc Seuerus nihil nō cōparabat:
quod usui Romano militi detrimento barbaris īpedimentoq; foret: ubi ue
ro satis ex sententia ꝓmpta sibi esse ac parata oīa intellexit: Iuniorē filium Ge
tam noīe: in parte insulæ Romanis subiecta relinquit: ut iuridicendo: rebusq;
ciuilibus administrandis præsset: eiq; consiliarios ex amicis natu grandibus
reliquit: Antonio secū aduersus barbaros ducto. Transgresso igitur Roma
no exercitu amnes: aggeresq; eos: qui obiecti barbaris Romanoꝝ fines dister
minant: pugnæ quædam tumultuariæ fiebant: & excursiones: victore ubiq;
Romano. Cæterum facilis erat ex fuga recœptus barbaris inter siluas ac pa
ludes: & loca ipīs notissima: delitescētibus: quæ oīa Romanis aduersa morā
bello addebant. Interea Seuerū iam confectum Seuio longior inuasit mor
bus: sic ut ipse domi residere: atq; Antoninū mittere in bellū: ad ımpatoris
obeunda munera cogeret. Cæterum Antoninus haud magnopere de barba
ris sollicitus: exercitum sibi adiungere & cōfirmare: uniuersos tendebat: uti
se unum intuerent: soli sibi impium uindicans: ac germano identidem obtue
tans. Quin longior quoq; ualitudo ac mortis mora diuturnior: anxiū uide
licet adolescentē habebant. Sic ut medicis ministrisq; subinde conaret persua
dere senem: uti e medio q̄primum quoquomodo tollerent. Donec tandē Se
uerus merore magis quā morbo cōsumptus uitaq; defunctus est. Clarissimis
oīum impatoꝝ bellicis operibus: neq; enim aut ciuiles quisq̄ aduersus inimi
cos: aut externas aduersus barbaros totidē alius uictorias reportauit: Annis
q; duo de uiginti gesto impio decessit successoribus liberis: tanta pecuniæ reli
cta copia: quantā antea nemo tum ampliore exercitu: q̄ cui obsistere ulla uis
posset. Igitur Antoninus mortuo Seuero sūmam potestatē nactus: cōfestim
uniuersos ab ipso: quod aiunt lare interficere cœpit: Nam & medicos suppli
cio affecit: ꝙ sibi parum obtēperauerant: lubenti senis maturare necē nutrici
osq; suos iuxta & fratris ꝙ de reconciliandis egissent: ne uno quidem reliquo
crudelitatis facto ex eo ordine hoīum qui in aliquo honore fuerant: quiq; ipsi
us parentē obseruauerant. Duces porro exercitus: magnis muneribus ac pro
missis adhortabat: persuaderent militibus: uti se unū impatorem declararēt:
nullasq; non machinas aduersus germanos intendebat: neq; id tamen persua
deri militibus potuit. Quippe memores utrūq; a Seuero iam inde a puericia
pari honore cultuq; educatū: etiam ipsi parē utriq; obedientiā: beniuolentiāq;
exhibebant. Igitur Antoninus cognito parū sibi rem aduersus exercitū pro
cedere: lēto cum barbaris fœdere: dataq; pace & obsidibus accœptis: decedēs
illinc: ad matrē iam: germanūq; festinat congressos reducere in gratiā mater
conata: aduittentibus honestissimis quibusq; Seueri amicis & consiliariis.

Igitur Antoninus cū nemo ſcilicet nō eius libidini refragareť: ui potius: q̄ uoluntate: ad cōcordiæ amoriſq; ſimulationē adducit. Ita ambo pari honore impiū gerētes: ſoluerūt ex Britannis Romāq; cū patris reliquiis cōtendebāt: Nā corpuſculo ignibus tradito: cinerē ipm cū odoribus in uaſculū alabaſtri cōiectū Romā referebant: ut uidelicet in ſacris principū monumentis cōponeretur: ipſi exercitū deportantes: uictoreſq; iam Britanniæ: in aduerſam Galliam emenſo occeano peruenerunt. Quo igitur pacto: & diē ſuum obierit Seuerus & liberi eius imperium ſuſceperint in hoc uolumine demōſtratum eſt.

LIBER QVARTVS.

RES GESTAS SEVERI Principis per annos duodeuiginti ſupiore libro ſumus pſecuti. Porro aūt ipius liberi adoleſcentes: iam una cū matre Romā feſtinabant: Seditiones etiā tum in itinere agitātes: quippe diuerſoriis menſaq; nūq; eiſdē utebanť: militūq; ſuſpitionis in cibo oī: potuq; ne alteruter: antecapto tpe ipſe clā: aut p miniſteria ueneno rē gereret: ob eamq; cauſam iter pperantius faciebāt: tutius rati uicturos: ubi iam in urbē pueniſſent: Diuiſaq; inter ſe regia: amplis ac ſpatioſis ædibus maioribus: etiā reliqua urbe pro ſuo uterq; arbitrio ſeparatim agitarent. Poſtq̄ uero in urbē puentum populus eos uniuerſus laureatus excepit: & ſenatus cōſalutauit: præibāt igiť principes ipſi cū purpura impatoria: poſt ſequebanť coſſ. urnā cū Seueri reliquiis geſtantes: qui aūt nouos impatores cōſalutauerāt: pgreſſi deinde: urnā quoq; ipam ſupplices adoraaant. Ita comitati magna pōpa cōpoſuerunt ipm in tēplo: ubi Marci ac ſupioꝝ principū: ſacra uiſunť monumenta. Re igiť diuina: cerimoniiſq; de more cōcelebratis uterq; in regiā diſcedunt: partiti inter ſe domum: ianuiſq; ſecretioribus obſtructis: publicis tm̄: atq; aulicis pmiſcue utentes: quin & cuſtodes corporis ſeparatim ſibi delegerunt: uix unq̄ cōgredientes: niſi pauxillū dūtaxat in publico a multitudine ipſa cōſpicerenť. Sed in primis tamen iuſta parenti pſoluerūť. Mos ē enim Romanis cōſecrare impatores: q ſupſtitibus filiis uel ſucceſſoribus moriunť: quiq; eo ſunt honore affecti relati dicunť inter diuos. Eſt aūt tota urbe quaſi luctus quidā feſtæ celebritati pmiſcuus: quippe functū uita corpus: ritu hoīum ſumptuoſo funere ſepeliunt. Sed cereā imaginē defuncto q̄ ſimilimā fingunt. eāq; in regiæ ueſtibulo pponunt ſupra eburneum lectū: maximū atq; ſublibē: ueſtibus inſtratū aureis: Et quidē imago illa ad egroti ſpeciē pallida recūbit. circa lectū uero utrinq; magnā partē diei ſedent: a leua quidē ſenatus oīs ueſtibus atris amictus: a dextra uero matronæ: quas uiroꝝ: aut parentū dignitas honorabiles claraſq; red

dit: Haꝛ nulla uel aurũ geſtans: uel ornata monilibus cõſpicit̃. Sed ueſtibus al
bis exilibus ĩdutæ: merẽtiũ ſpeciẽ p̃bent: Hæc itaq; p ſeptẽ dies cõtinuos faciũt:
medicis ad lectũ quottidie accedẽtibus: ĩſpectũq; uelut ægrũ deterius ſe hr̃e: ſubĩ
de p̃niciantibus: Dein ubi iã uiſus obiiſſe diẽ: lectũ humeris attolũt: equeſtris ſe
natoriiq; ordinis nobiliſſimi: ac lectiſſimi iuuenes: ac p uiã ſacrã in uetus foꝛ de
ferũt: ubi magiſtratus romani deponere ĩpiũ cõſueuerũt: utrinq; ãt gradus q̃dã
ſũt ad ſcallaꝛ ſimilitudinẽ extructi: ĩ q̃bus altera ex pte pueroꝛ chorus ẽ: e nobi
liſſimis atq; patritiis: altera fœminaꝛ Illuſtriũ hymnos ĩ defũctũ pæanaſq; canẽ
tiũ: uerẽdo: ac lamẽtabili carmĩe emodulatos: q̃bus p̃actis: tollũt iteꝛ lectũ: atq;
extra urbẽ p̃ferũt ĩ martiũ cãpũ: ubi q̃ latiſſime cãpus patet: Suggeſtus q̃dã ſpe
cie q̃draugula: lateribus æquis aſſurgit. Nulla p̃terq̃ lignoꝛ igentiũ materia cõ
pactus: ĩ tabernaculi formã: id q̃dẽ iterius totũ ẽ: aridis fomitibus oppletũ: Ex
tra ãt itextis auro ſtragulis: atq; eboreis ſignis: uariiſq; picturis exornatũ: ĩfra
uero alteꝛ minus q̃dẽ poſitũ ẽ: ſed forma & ornatu p̃ſimile portis ianuiſq; pa
tẽtibus: tertiũq; itẽ & quartũ: ſẽp ſupiore cõtractius: ac deinceps alia: donec ad
extremũ: quod ẽ oium breuiſſimũ p̃ueniat̃. Poſſis eius ædificii formã cõparare
turribus his: q̃ portibus innuẽtes noctu igne p̃lato: naues itutas ſtationes diri
gũt: pharos vulgo appellãt. Igit̃ lecto in ſedm tabernaculũ ſublato: aromata:
& ſuffimẽta oĩs generis: fructus herbaſq; ſuccoſq; oĩs odoratos cõq̃rũt: atq; acer
uatim effundũt: quippe neq; gẽs ẽ: neq; ciuitas: neq; q̃ honore ullo: aut dignitate
p̃cellat: quin certatim p̃ ſe quiſq; ſup̃ma illa munera: principis honori deferant:
ubi uero ĩgens aromatũ aceruus aggeſtus ẽ: ac locus oĩs expletus: tũ circa ædifi
ciũ illud adæq; tat̃: uniuerſi equeſtris ordinis: certa quadã lege ac recurſu: motu
q; pyrrhichio: numenq; in orbẽ decurrẽtes: currus itẽ circũagunt̃ inſeſſi purpu
ratis rectoribus: qui p̃ſonas ferãt ducũ oĩum Romanoꝛ principũq; illuſtriũ: q̃
ubi celebrata ſunt: facẽ capit ĩpii ſucceſſor: eãq; tabernaculo admouet: Tũ cæte
ri oẽs undiq; ignẽ ſubiiciũt: cunctaq; illico fomitibus illis aridis: odoramẽtiſq;
referta: igne ualido corripiunt̃: Mox ab extremo: minimoq; tabernaculo tanq̃
e faſtigio quodã ſimul cũ ſubiecto igni aquila dimittit̃: quæ in cælũ credit̃ ipſã
principis aĩam deferre: ac ĩã ex illo: una cũ cæteris numinibus: ĩpator colit̃. Ita
cõſecrato parente: reuerſi domũ iuuenes: diſcordias quottidie: & ſimultates ex
ercere: ĩſidiari ĩter ſe moliri parare oĩbus modis: atq; ea modo uterq; cũ aĩo hr̃e
quibus alter dolo capet̃. Poſtremo quacũq; uia graſſari ad ſingulare ĩpiũ: ac ni
hil iuicẽ p̃termittere dũ cõſortẽ poteſtatis expũgerent. Sed & mentes aĩq; oium
urbanoꝛ: quicũq; honore aliquo: aut dignitate p̃ſtarẽt: diuerſi trahebant̃: utro
q; ſeorſum ĩras clanculũ miſſitante: magniſq; pollicitatiõibus ſibi hoĩes adiun
gente: Maior tamen pars ad Getã: ſpectabat: Quod opinionẽ nõnullã oſtende
ret p̃bitatis: moderatũq; ſe & lenẽ in cõgreſſibus p̃ſtaret. Studia porro tractaue
rat honeſtiſſima: Quippe & diſciplinarũ laude celebres: circa ſe frequẽtes habe

bat & in paleſtra ac reliquis ingenuis exercitationibus uerſabaꝫ: placidus ꝑterea in oēs atq; humanus: fama & gloria quadā optima: plurimos ad amicitiā beni uolentiamq; alliciebat. Cōtra uero Antoninus cūcta aſpius ferociuſq; gerebat. Atq; ab his rebus quas ſupradiximus alienus: militaris uitæ: ac bellicæ uideri amator affectabat: nihil nō iracunde faciens minitādo q̄ ſuadendo: metu q̄ beni uolentia ſibi amicitias: quærebat. Sed cū diu fruſtra mater diſcordantes iter ſe germanos redigere in gr̄am conareꝫ: uiſum aliquādo ambobus eſt īpium īter ſe diuidere: ne Romæ agitantes: alter alterius eſſent īſidiis opportuni. Quare cō uocatis paternis amicis corā ipſa matre: de īpio diuidendo diſceptabant. Sic ut Europa oīs Antonino: tellus autē aduerſa: quæ oīs Aſia nuncupaꝫ Gætæ adiu dicareꝫ: ita enim diuina quadā ꝓuidentia: utrunq; cōtinentē: ꝓpōtidos īcurſu di ſterminaꝫ. Placebat aūt ut Antoninus caſtra ad Bizantiū haberet: Gæta uero ī calchedone Bithyniæ urbe: q̄ ſcilicet oppoſita īter ſe: utriuſq; īpium tenereꝫ: at q; a tranſmittendo ꝓhiberent: Tum ut e ſenatorio ordine quotcūq; ex Europa forent: in urbe ipſa remanerent: Reliq Gætam cōſequereꝫ: ſedes īpii ſui Gæta deſtinabat: Anthiochiā uel Alexandriā: urbes magnitudine haud lōge īfra Ro mā: tum ex gentibus ad meridiē habētibus: mauros numidaſq; Antonino cōce dens: reliquos ad orientē uſq; Gæta ſibi aſciſſebat. Hæc dū illi agitarent: reliqs oībus mœſto vultu terrā intuentibus: ita Iulia mater locuta eſt. Terrā q̄dem & mare o filii iam īueniſtis quo pacto diuidatis: & cōtinentē utrūq; ut dicitis pōti ci diſcriminant fluctus: Matrē uero quonā mō diuidetis? quonam mō infelix ego diſtribuar īter utrūq; vr̄m aut diſſecabor? Me primā igiꝫ occidite: dimidiā q; uterq; apd ſe partē ſepeliat: ut ego quoq; īter uos cū mari terraq; ipa diuidar. Hæc locuta multis cū lachrymis eiulatuq; : manus ambobus iniciens & com plexa utrunq; reconciliandi eos inter ſe ſatagebat: Quare coorta miſeratione: cuncti diſceſſere improbato conſilio: ipſiq; in ædes ſuas reuerſi: Sed gliſcebat in dies odium atq; diſcordiæ: Nam ſiue duces ac magiſtratus aliqui eligeren tur uterq; amico ſuo potiſſimū ſuffragabaꝫ: ſiue ius dicerent: ſemper diuer ſa ſentiebant: magno illorum periculo: cuia res agebatur: pluris enim ſtudium ſuum q̄ ius aut æquū faciebant: Etiā in ludis ipſis diuerſarū ſemp factionū: Ni hil ꝑterea inſidiaꝝ ōmittebant: coquos identidē & pincernas conati ad ueneficia īpellere: Quæ ubi tardius ꝓcedebant: qd ſcilicet uterq; magna diligentia curaq; cibum capeſcerent. Poſtremo īpatiens Antoninus: atq; īpii totius cupidine inſti gatus: Deliberabat magnū aliqd uel facere uel pati: ferrūq; & cædem moliꝫ: & quando ſecus ꝓceſſerant latentes inſidiæ: neceſſariū putabat: piculo oī: ac ſpe poſthabita quouis mō incœptū patrare: Quare irrupto fr̄is cubiculo nihil. n. tale expectantē: ſupra mr̄is pectus: multo undantē ſanguine: ſæuus obtruncat. Quo facto exilit ſtatim ac tota regia currens clamitat: magnum ſe piculum effu giſſe: uixq; euaſiſſe incolumē: ſimul impat militibus regiæ cuſtodibus: raperent

illico ſe atq; in caſtra deducerent: ubi tutius aſſeruet̃ : piturum dictitans ſi diuti
us in ædibus moram trahat. Illi pro ueris illa dicta accipientes : ſimul ignari q̃
intus geſta eſſent: currentem eum currentes & ipſi comitant̃ : Fit ingens populi
tumultus: raptim agente ſe ſub ueſpam principe mediam p urbem: V t ãt caſtra
attigit ædiculamq; eam intra quam ſigna ac ſimulachra exercitus adorant̃: p
cidens humi gratias agebat : uotis quaſi pro ſalute ſuſcæptis . Ea re militibus
nunciata partim iam lauantibus partim requieſcentibus: ſtatim illuc omnes ex
territi ferunt̃ · Ille progreſſus in medium nõ quidem continuo rem ipſam: prout
erat geſta; fatebatur: ſed effugiſſe piculum clamitabat : inſidiaſq; inimici homi
nis atq; hoſtis: namq; ita fratrem appellabat: uixq; tamen poſt lõgum certamen
aduerſarios ſuperatos: Quippe utriſq; periclitantibus ſe poſtremo unicum im
peratorem: fortunæ relictum dono. Talia quædam obliquãs atq; inuoluens in
telligi quod feciſſet q̃ audiri malebat. Tum pro ſalute imperioq; ſuo ſingulis
militibus atticarum drachmarum duo milia ſupra quingentas pollicetur : præ
tereaq; annonæ ſupra q̃ ſueti accipere : dimidium iubet: Item iam tum ex tem
plis theſauriſq; ſibi ipſos pecuniam ſumere largiter effuſis : uno die quæcunq;
per duodeuiginti annos Seuerus collegerat atq; recondiderat alienis calamita
tibus: At milites tanta pecuniæ magnitudine illecti : totoq; iam negotio intel
lecto: uulgata paſſim cæde per eos qui ædibus effugerant: unum illum declarãt
impatorẽ: Gæta hoſte appellato · Igitur ea nocte moratus in tẽplo Antoninus:
ac fretus largitiõibus: qbus ſibi milites adiũxerat: cõtẽdit poſtridie in ſenatũ to
to ſtipãte exercitu: ſed armis iſtructiore q̃ cõſueuerat pricipẽ deducere: Ingreſſus
deinde ubi rẽ diuinã fecit: cõſcendit ſellã ipatoriã: atq; ad hũc modũ uerba fecit:
Non me quidem fugit omnem domeſticorum cædem ſtatim atq; auribus
inciderit: odioſam uideri: nomenq; ipm: ut primo audiatur afferre grauem ca
lumniam: Quippe infœlices miſericordia: potentes inuidia ſequitur : ac uictus
accœpiſſe: uictor attuliſſe iniuriam uidetur. Cæterum ſi quis magis uero iudi
cio: q̃ ſtudio erga defunctum aliquo: rem ipſam expendat: cauſamq; eius & con
ſilium exquirat: facile ſcilicet inueniet rectum eſſe & neceſſarium : uindicare ma
gis q̃ accipere iniuriam. Quippe ad occiſi calamitatem etiam infamia timidita
tis accedit : Victor: præterq̃ p incolumis eſt: etiam gloriã rettulit fortitudinis:
ac cætera quidem quæ ſæpe in me: cum ueneficiis: tum omni genere inſidiarum
intendit: facile uobis eſt exquirere tormentis : quippe iccirco adeſſe omnes illi
us miniſtros imperaui: ut uerum deprehendatis : Sunt autem nonnulli quoq;
ex his iam torti: quorum exaudire confeſſionem poſſitis. Poſtremo autem cũ
ego apud matrem forem: uenit ille: in me quoſdã ſecum adducens gladiis accin
ctos. Sed ego re præcognita uelut hoſtẽ uindicaui: Neq; enim iam aut frĩs men
tem gerebat: aut fraterna moliebat̃: Vlciſci aũt illum qui prior inſidietur: ut iu
ſtum ẽ ita uſu quoq; iam receptum: quipe ne ipſe quidem urbis huius conditor

Romulus germanū ꝓtulit ſuis tm̄ opibus illudētē. Taceo germanicū Neronis ac Titū Domitiani frēs: Marcus ipe philoſophiæ ſimulator ac māſuetudinis: Lucii generi ſui cōtumeliā nō ꝓtulit: ſed eū ꝑ iſidias e medio ſuſtulit. Ego uero uenenis cōparatis in me gladioq; ipēdēte uindicaui hoſtē: q̄ppe hoc illi ſua opa nomen iponebāt: uos āt diis grās agite: q; alte⁊ uobis principē ſeruauerint. Ne q; mentes vras aioſq; in diuerſa partiti: ſed vnū tm̄ ſpectantes ipatorē uitā ſecuri traducite. Impium āt Iupiter ſicut ipſe iter deos ſolus poſſidet: ita ēt uni tm̄ mortaliū adiudicat· Hæc locutus magna uoce irarumq; plenus: atq; acri vultu illius amicos ītuens: tremētibus pallentibuſq; pleriſq; in regiā reuertit̄. Cōtinuo igit̄ cœpti occidi domeſtici oēs frīs: atq; amici: quicq; in ædibus habitabāt: quas ille icolerat: miniſtriq; itē uniuerſi: ſic ut ne ætati q̄dē ifantiū parceret̄. Porro ipa cadauera plauſtris oibus ꝑ cōtumeliā ipoſita: atq; extra urbē exportata aceruatim aut temere iniecta rogis cōburebant̄: Nec q̄ſq̄ ſupfuit ex is q; leuem mō cū Geta noticiā habuiſſet. Athletæ ēt & aurigæ: atq; oifariam hiſtriones: & q̄cq̄d deniq; uel oculis illius uel auribus iocūdū fuerat paſſim occidebāt̄: Præterea ſenatorii ordinis q̄cūq; aut nobilitate aut opibus excellerent minima quaq; de cauſa aut plane nulla· q̄ntūlibet leui delatiōe ꝑ illius amicis iterimebāt̄: Quin & Cōmodi ſororē anū iā atq; ab oibus ipatoribus: ut Marci decebat filiā: magno in honore habitam: morte affecit: Cauſatus q; Gætæ necē apd ipus matrē defleuiſſet: & cōiugē quōdā ſuā Plautiani filiā: q̄ fuerat in Siciliā relegata: ac cōſobrinū Seuero cognominē filiūq; Pertinacis & Lucillæ Cōmodi ſororis. Poſtremo q̄cquid ex genere ipatorio: aut in ſenatu e patricia nobilitate ſuperat: plane quaſi a ſtirpe abſcidit: duceſq; ꝑuinciaq; uniuerſos ac ꝑcuratores ueluti Getæ amicos necidedidit: totæq; noctes cædendis plurifariā hoibus ipendebant̄. Sed & ueſtales uirgines uiuas obruit terræ: q̄ſi temerata uirginitate. Deniq;: id q̄d nūq̄ alias faſtitatū: cū circēſes ſpectāte populus Romanus i aurigā cui ſtudebāt: neſcio quid cauillatus eſſet: ratus ſibi cōtumeliā illatā: repente oēm exercitū facere ipetū iuſſit in populū: ac raptare & occidere: q̄cūq; in aurigā dixiſſent. At milites accœpta ſemel uiolandi rapiēdiq; ptāte: cū diſcerni a reliqs neq̄rent q; fuerāt ꝑteruius locuti: nullo ſcilicet i tāta multitudīe ueq; fatēte: paſſim ut in quēq; icidērāt: aut occidebāt: aut oibus ereptis q̄ſi ſalute redēpta uiuos ægre dimittebāt. His actis ſtimulāte maloq; facino⁊ cōſciētia uitāq; poſus urbanā: ſtatuit Roma ſecedere ut milites ordinaret: & ꝑuincias iuiſeret. Igit̄ Italia decedēs ad ripas Danubii ꝑuenit: ac partes ipii Romani ſeptētrioni ſubiectas. Ibi aūt corpus exercebat aurigādo: cædēdiſq; cominus oē genus beluis: aut ius dicebat: rarius id tamē: ſtatimq; ſentētiā ferēs ac reſpōdēs pauculis dūtaxat auditis. Cæte⁊ germanos illic ſibi omēs adiunxit: atq; in amicitiam cōciliauit: ſic ut ex his ſocios bellorum & cuſtodes corporis ualidiſſimū quemq; & pulcherimū ſibi aſciuerit. Sæpe etiam Romano cultu depoſito ueſtē germanicā iduebat: atq; in eo⁊ ſagulis argento

uariegatis cõſpiciebaẽ: etiã flauam capiti cæſariẽ iponens ad modũ germani cæ tõſuræ. q̃bus læti barbari mirifice eũ diligere. gaudere etiã Romanus miles: quẽ ſcilicet ille ãpliſſimis largitionibus ꝓſequebaẽ: ipſe nullũ nõ militiæ munus prõpte obire: & ſiue qd fodiendũ foret primus fodere: ſiue pons flumini iponendus: aut extruendus agger: ſiue quod opus manuũ faciendũ: aut labor ſubeundus: primus oĩa occupare: tenuiq; mẽſa: ac ligneolis poculis: uaſiſq; eſculentor& cõtentus eſſe: panẽq; etiã temere factũ comeſſe: Quippe triti co quantũ ſatis uni foret: ſua manu molito: maſſaq; inde facta: atq; in carbonibus decocta ueſci ſolitus: oĩa deniq; elegãtiora aſpnari: & uiliſſimis q̃buſq;: uel paupimo gregarioq; militi facilimis uti: tũ cõmilitonẽ q̃ principẽ uocari ſe malle: ac plerũq; iter facere pinde atq; ipſi pedibus ãbulans: raro uehiculũ cõſcendere: aut equũ: ſibi ipſe portare arma. Nõnunq̃ etiã ſigna militaria longiſſima: & aureis ornamentis p̃grauia: ac ne robuſtiſſimis quidẽ militibus facilia ipſe humeris ſubire. Ob hæc igiẽ aliaq; huiuſcemodi ut hoĩem militarẽ diligere eũ ſuus exercitus: & ut uirũ fortẽ admirari: q̃ppe inſtar miraculi uidebaẽ: tantulæ hoĩem ſtaturæ: tantis eſſe laboribus parẽ. Sed ubi milites apud Danubiũ ordinauit: atq; in thraciã macedonib9 cõterminã diſceſſit: cõtinuo Alexãder alter euaſit. Nã & memoriã regis eius oĩbus modis renouauit: ſtatuis imaginibuſq; nulla nõ urbe poni iuſſis: Romãq; ipam: Capitoliũq; & tẽpla uniuerſa referſit Alexandri ſimulachris. Vidimus itẽ imagines nõnullas ridicule depictas: q̃ uno corpore duas facies p̃ferrent: Alexandri atq; Antonini: ipſe ꝓdibat macedonico habitu cauſiã geſtans: & crepidas: ac lectiſſimã iuuenum manum in exercitu: phalangẽ macedonicã appellabat: iuſſis ducibus noĩa ſibi ducũ Alexãdri iponere: Præterea iuuenes ſparta accitos: laconicã: & pitamiten centuriã uocabat. His igiẽ actis: atq; urbibus ꝓut q̃q; poterat ordinatis Pergamũ adiit Aſiæ ciuitatẽ: ut Eſculapii curatiõibus uteretẽ: quo poſt q̃ puenit: omniis q̃diu uoluit captatis: Ilium mox petiit: & cunctis urbis reliquiis colluſtratis: ad Achilis tumulũ ꝓceſſit: eoq; coronis floribuſq; magnifice exornato: rurſus imitari Achilẽ cœpit: Sed patroclũ deſiderante aliquẽ: libertor& oĩum cariſſimus fæſtus a memoria: dum ad Ilium moraẽ uita defunctus ẽ: ueneno ut q̃dam aiebãt extinctus: quo ſcilicet patrocli more ſepeliretẽ: ut alii affirmant morbo itercœptus. Huius igiẽ cadauer efferri iuſſit: cõpluribuſq; lignis rogum ſtrui: dein ipoſito in medium: mactatiſq; omne genus aialibus: ſubiecit ignẽ: phialãq; manu tenens: uinumq; libãs uentos præcabaẽ: cumq; eſſet raro capillamento: ac cincinum q̃reret ignibus iponẽdũ deridiculo erat oĩbus. Cæter& quos habuit capillos tamen totondit. Laudabat aũt ex omnibus ducibus præcipue Syllam Romanum: & Aphrum Hanibalem: quibus etiam ſtatuas atq; imagines excitauit. Decedens autem Ilio: Aſia/

q̄ omni: & Bithynia: gẽtibusq̄ reliquis ptranſitis: atq̄ ubiq̄ rebus cõpoſitis deuenit Antiochiã: ibiq̄ exceptus honorificentiſſime: atq̄ aliquandiu moratus Alexãdriã cõtendit: prætexẽs huic itineri deſideriũ uiſendæ urbis ab Alexandro cõſtructæ: ſimul cõſulendi patrii illoꝝ numinis: quod egregie incolæ ueneranť: ac ſimulans hæc duo in primis: religionẽ dei & herois memoriã: iubet Hæcatombas cõparari: ac parentationes omne genus. Quod ut primũ eſt Alexandrinæ multitudini nunciatũ: leuiſſimæ ſuapte natura & oĩbus mo mẽtis expoſitæ: ſtudiũ beniuolentiãq̄ principis: oẽs quaſi animoꝝ ipotes accipiebant. Igiť ad excipiendũ illũ ſe cõparabant: quanto nunq̃ antea honore cõſueuerãt: quippe omnifariã muſica inſtrumenta diſpoſita ubiq̄ uariũ edebant ſonitũ: p̄terea aromatũ ac ſuffimentoꝝ uapor omne genus: aditus cunctos optimis replebat odoribus: Tedis p̄terea & floꝝ ſparſiõibus honorabãt Sed ubi in urbẽ iam puenit: primo quidẽ tẽplum ingreſſus eſt: multiſq̄ uictimis ĩmolatis: ac thure cumulatis altaribus: ad Alexandri monumentũ ſe contulit: paludamentũq̄ purpureũ: & claris precioſiſq̄ gemmis anulos cõſpicuos: balteũq̄ & ſi qua alia geſtabat elegantiora dẽpta ſibi: tum illius impoſuit tumulo. Hæc cernentes Alexandrini læti ſupra modũ noctibus totis ac diebus feſtũ celebrabãt: ignari q̄d intra ulceratũ pectus impator occuleret: Hæc enim oĩa per ſimulationẽ faciebat: ut uniuerſam illoꝝ multitudinẽ cõtrucidaret. Latentis odii cauſa talis erat: Nunciatũ ei fuerat Romæ agenti: uiuo adhuc patre: atq̄ item poſt extincto: multa in ip̃m dicere Alexandrinos: Sunt enim hoĩes ſuapte natura dicaces atq̄ ad deſcribendũ illudendũq̄ maxime facti iactãtes in optimũ quẽq̄ & potẽtiſſimũ dicteria quædã: ut quidem ipſi putant: feſtiua: ut aũt uidenť iis in quos dicunť lõge grauiſſima: quippe huiuſcemodi iocoꝝ uel maxime illa p̄mouent: q̄bus delicti ueritas redarguiť: quare cũ multa in eũ dixiſſent: nedũſſimulata quidẽ fraterna cæde: matrẽq̄ etiam Iocaſtã vulgo appellarent: irriderentq̄ ip̃m qui tantulæ hõ ſtaturæ Alexandrũ atq̄ Achilẽ: maximos ac fortiſſimos heroas æmulareť: dũ ludere ſe putant: eo ĩpulerũt Antoninũ hoiem ſuapte natura iracũdũ: atq̄ ſanguinariũ: ut p̄nitiẽ illis inſidiaſq̄ molireť. Igiť celebritate ac feſto iam pacto: cũ uideret maximã hoĩum multitudinẽ ex uicinis regionibus cõfluxiſſe in urbẽ: monuit edicto ut in planitiẽ quandã iuuentus uniuerſa cõueniret: uelle affirmãs ſicuti macedonicã ſpartanãq̄ habebat: ita etiã in Alexandri honorẽ ip̃ius herois cognomẽto phalangẽ cõſtituere. Iubet igiť cõſiſtere iuuenes uniuerſos: relicto iteruallo: ut ſinguloꝝ ætatẽ ſtaturãq̄ & corporis habitudinẽ militiæ idoneã cõſideraret. His creditis iuuenes: ac ueriſimili ſpe ducti ob inſignẽ honorẽ paulo ãte exhibitũ p̄ncipi: cõueniũt frequẽtes una cũ parẽtibus atq̄ germanis lætis gratulãtibuſq̄. At uero Antoninus ſingulos iter ſe diſtãtes circũiens: cõ

ractanſq; & illud in alio laudãs preteribat: donec illos neq; id aĩaduertentes neq; expectantes uniuerſus circũueniret exercitus: ut uero cõiecturã fecit iam eſſe oẽs militũ ſuoꝝ armis incluſos: quaſiq; retibus ĩplicitos: ipſe ſtatim cum ſuo p̃ſidio exceſſit: ac ſignũ militibus dedit: qui ſtatim facto undiq; impetu: deprehenſam in medio inermẽ iuuentutẽ: cæteroſq; qui aderãt magna cæde cõtrucidant: atq; e militibus alii tm̃ cædẽ faciebãt: alii foueis ingẽtibus cadauera obruebant: aggeſtaq; deſup humo ĩmanem tumulũ excitauerũt. Multi etiã in eas foueas ſemiuiui ꝓtrahebant̃: multi adhuc integri detrudebãt̃: Sed & milites nõnulli ſimul perierunt: Nã qui reliqas adhuc aliquas ſpiritus retinebãt: neq; penitus defecti erãt uiribus ĩpliciti ꝓruẽtibus ſe militibus: eos quoq; ſecũ trahebãt in foueã: Tãta eſt aũt facta cædes: ut riuis cruoris p planitiẽ decurrentibus: cũ fauces ipſe Nili ingentes: tũ littus oẽ circa urbẽ purpuraſceret: Sed affectãs parthici cognomen: famãq; deuictæ ad orientẽ barbariæ: q̃q̃ ĩ altiſſima pace: tale q̃ddã machinat̃: Dat lr̃as ad regẽ Parthoꝝ Arthabanũ ſimulq; legatos cũ muneribus mittit materiæ & artis cõſpicuæ. In eis lr̃is fuerat ſcriptum: uelle ſe regis filiã ducere in matrimoniũ: principẽ ſe eſſe: & principe natum. Quare haud decoꝝ priuati cuiuſq̃ & tenuis fieri generũ: ſed regi nam ducere potius: filiãq; magni regis. Duo maxima impia eſſe Romanum & Parthicũ: quibus affinitate illa in unũ coeuntibus: ac nullo iã diſcriminãte fluuio: unã tm̃ potentiã factũ iri: nullis expugnabilẽ uiribus: Nam reliquas barbaras nationes: quæ nunc amboꝝ impiis ſubiectæ ſunt: facile iugũ toleraturas: ſi ꝓprios gens quæq; & conuentus ſit habitura rectores. Eſſe Romanis pedeſtrẽ exercitũ: qui haſtis & ſtataria pugna cæteros antecellat. Parthis uero equitatũ plurimũ: peritiſſimoſq; ſagittarios. His igit̃ cõcurrentibus: & quæ uſui ad bellũ ſunt in unũ cõſpirãtibus: facile ipſos ſub uno diademate totius orbis terrarũ impiũ retenturos. Præterea odoramẽta: q̃ apud illos ꝓueniant: telaſq; laudatiſſimas. Cõtraq; apd̃ Romanos metalla ipa: & quæcũq; arte aliqua cõſpicua uiſunt̃: nõ iã uix raroq; & clãculũ p mercatores ĩportatũ iri: ſed in una dũtaxat terra: unoq; impio cõem fore utriſq; uſum reꝝ oĩum: minimeq; ĩpeditũ. His litteris Parthus accœptis: primo q̃dẽ abnuere: negare Romano cõuenire barbarũ matrimoniũ: quã enim fore cõcordiã: neq; uoce ſatis cõgruẽtibus: & uictu habituq; ĩter ſe diſtãtibus. Eſſe Romæ patritios permultos quoꝝ ſibi ille optare liberos in matrimoniũ poſſit: ſicuti itidem apud ſe Arſacidas. Neq; ullam ſane extare cauſam: cur alterutrũ genus adulteretur. Hæc igitur a principio reſcribens conditionẽ aſpernabat̃. Sed inſtanti Antonino doniſq; & iureiurãdo fidem ſtudii ſui: & charitatis uxoriæ faciẽti: credidit barbarus: ac pollicitus daturũ filiam: generũ iam ipſum appellitabat: cuius rei uulgata uix fama: barbari ſcilicet oẽs ad Romanũ ſuſcipiendũ

principē ſe cōparabāt: ſpe quadā ſempiternæ pacis exultantes. Cæterū Antoninus: prohibente nullo: fluuios tranſgreſſus: ac iam particham regionē quaſi propriā peragrans: ſacrificantibus paſſim uniuerſis: ſupraq; coronata altaria odores incendētibus: lætum ſe honore illo barbaroꝝ magnopere ſimulabat. Poſtea uero q̄ magno itinere facto: ad ipſam Artabani regiā appropinquabat: occurrit ei rex in quadā ante urbem planitie: nouū nuptum excœpturus: generūq; ſuum. Sed barbaroꝝ magna multitudo floribus indigenis coronati: atq; induti ueſtes auro diuerſiſq; coloribus uarias: feſtum agitabāt ad tibiarum fiſtularūq; & tympanoꝝ ſonitus ſaltantes numeroſe. Quippe huiuſcemodi tripudiis ſupra modū delectant̄: preſertim cū ſe temeto largius inuitarunt: ubi omnis multitudo confluxit: ac relictis equis: pharetriſq; & arcubus depoſitis inter libamina & calices agitabant: collectiq; in unū barbarorum q̄plurimi: temere inordinateq; conſtiterant nihil ſuſpectantes mali: ſed p ſe quiſq; ſtudentes uidere nouū nuptum: tum ſigno dato Antoninus militibus imperat impetū cædemq; in barbaros faciant. Illi re ſubita perterriti: cædentibus ſauciantibuſq; Romanis terga obuertunt. Ipſe Artabanus a ſuis ſtipatoribus raptus atq; equo īpoſitus: uix ægreq; cū paucis fugiens elabit̄. Reliqua uero multitudo barbaroꝝ paſſim cædebant̄. Quippe neq; equos habebāt quibus maxime utunt̄. Deſenderant enim ex iis paſtūq; dimiſerant: neq; ipſi euadere fuga poterant: impediēte curſum fluxa ueſte ad pedes uſq; deducta: porro pharetras aut arcus oīno non attulerant: nam quid illis opus ad nuptias? Ita ingenti cede barbaroꝝ facta: Antoninus prædaq; & hōibus magna copia captis diſcedit reſiſtente nullo: uiciſq; & urbibus incenſis: data poteſtate militibus rapiendi quod quiſq; poſſet aut uellet. Hanc igit̄ calamitatem haud opinato barbari accœperunt. Antoninus autē regionem parthicam penitus ingreſſus: defeſſis iam rapiendo cædendoq; militibus: reuertit in meſopotamiā: indeq; ſenatui. P. Q. R. per lr̄as ſignificat ſubactū a ſe orientē: cūctoſq; illius regni mortales in ſuā ditionē cōceſſiſſe. At ſenatus q̄q̄ totius negocii gnarus: quippe principū res latere nullo pacto poſſunt: metu tamen atq; aſſentatione cunctos illi honores uictoriæ decernunt. Subſtitit autē poſt id Antoninus in meſopotamia: ſtudio aurigandi ac beluarū uenationibus intentus. Erant præfecti exercituū duo Audentius & Macrinus: quorū alter ſenex iam rerūq; ciuilium plane rudis: haud tamen imperitus rei militaris habebat̄. Alter & in foro uerſatus & legū conſultiſſimus. In hunc igitur ut parum militarē: minimeq; fortem uirū publice non nunq̄ princeps cauillabatur: ne conuiciis quidē abſtinens. Nā audito illum & uictū uſurpare liberaliorem: & aſpernari uiliſſima abiectimaq; cibaria: quibus Antoninus militariter delectabatur: clamidēq; & ueſtem ceterā ad urbanū modū geſtare: quaſi

degenerem ipſum: morboq; muliebri laborantem calumniabatur: minitans etiam occiſurum. Quorum impatiens Macrinus uehementer exacerbatus eſt. Accidit autem res eiuſcemodi: quippe habitura finem aliquando fuerat: Antonini uita. Nam cum ſuapte natura curioſior eſſet: non hominum modo res cognoſcere ſtudebat: ſed deorum demonumq; etiam rimari archana: metuq; ſemper inſidiarum nullis non oraculis incubabat: accitis undiq; magis: aſtrologis: haruſpicibus: acnullo plane præterito qui huiuſcemodi fallacias profiteretur. Sed eos quoq; ſuſpectans: ut parum uera loquentes: omniaq; ad aſſentationem uaticinantes: ſcribit ad Maternianum quendam: cui rerum ſuarum omnium curam in urbe crediderat: quemq; ſibi ex amicis omnibus fidiſſimum putabat: conſciumq; omnium ſecretorum habuerat: iubens magos undiq; conquirere: atq; euocatis manibus de fine ipſius uitæ conſulere: & an quiſquam imperio inſidiaretur. At Maternianus nauata principi opera: ſiue id reuera manes ſignificauerant: ſiue alias Macrinum peroſus: reſcribit Antonino Macrinum eſſe qui inſidietur imperio: eumq; e medio tollendum. Has igitur litteras: ut mos eſt: cum reliquis obſignatas dat ignaris quid ferrent tabellariis. Illi conſueta uſi itineris celeritate: ad Antoninum perueniunt: quo ille potiſſimum tempore ad aurigandum ſe parabat: ac iam currum conſcendebat. Ita ei reddunt integrum epiſtolarum faſciculum: in quibus erant etiam litteræ: quæ ad Macrinum pertinebant. At uero Antoninus ſtudio iam omni atq; animo ad aurigandum intentus: imperat Macrino ut ipſe litteras ſeorſum inſpiciat: ac ſi quid maioris momenti ſit renunciet: ſin minus ipſe de more ſuum: hoc eſt præfecti officium: exequatur: quippe talia identidem iniungere conſueuerat. Ipſe dein ad ſuū ſtudium perrexit. Macrinus ſeorſum epiſtolis omnibus ſolutis etiam in eam incidit: quæ ipſi pernitiem afferebat. Cognito igitur quantum periculum impenderet: ac gnarus Antonini iracundiæ: truculentiæq; præſertim tam ſpecioſo pretextu: ſubtrahit epiſtolam illam. Cæterarum uero ut ſolebat argumenta principi renunciat. Sed metuens ne iterum ſuper eiuſmodi rebus Materianus reſcriberet: malens facere ipſe aliquid q̃ expectando pati: tale quiddam cõminiſcitur. Erat Martialis quidam Centurio: unus e cuſtodibus corporis Antonini ſemper illum affectari ſolitus: cuius fratrem paucis ante diebus princeps delatum tantum: ſed minime redargutum occiderat: ipſumq; Martialem per contumeliam timidum ac degenerem: & Macrini amicũ appellauerat. Hũc dolentẽ uehemẽter fratris nece: ꝓpriiſq; incitatũ contumeliis: gnarus oĩum Macrinus ad ſe uocat: ſtudioſum iampridẽ ſui ac multis obſtrictũ beneficiis: cui ꝓſuadet ut captato q̃primũ tpe Antoninũ obtrũcet. Ille cũ ꝓmiſſis adductus: tũ ꝓprio odio: ac uĩdictæ fraternæ ſtudio ĩcitatus

libenter omnia se facturum pollicetur: cum primum occasio euenisset. Euenit autem haud multo post. Quippe agēs Carris quæ est Mesopotaniæ urbs Antoninus: uisum se contulit deæ lunæ templū: quod in ea regione distans aliquantū ab urbe precipuo honore ab incolis colitur. Eo secum paucos equites eduxit relicto exercitu cætero: ut sacrificio facto in urbem reuerteret. Medio autem itinere uno tantum famulo comitatus: ac reliquis absistere iussis: secessit ad requisita naturæ. Quare auersis omnibus: & q̄ longissime recedentibus honoris ac reuerentiæ causa: Martialis qui omnes temporū captabat articulos: ut eum solum esse animaduertit: ceu nutu principis ad uidendū aliquid: aut audiendū uocatus: accurrit illico: auersumq; & femoralia sibi deducentem pugione traicit: quem occultum manu attulerat: & cum in ipsā iuncturam ferrum incidisset: lætali scilicet vulnere deimprouiso Antoninus minime defensus occubuit. Quo facto Martialis statim equum inscendit: ac fuga euadere conatur. Cæterum germani equites: quibus & delectabatur Antoninus: & custodibus corporis utebatur propiores cæteris: primiq; facinus conspicati: Martialem consecuti missilibilibus confodiunt. Quod ubi exercitus reliquus cognouit: omnes subito cōcurrerunt: primusq; Macrinus supra cadauer conqueri ac delamentari per simulationē cœpit. Grauis ea res & molesta militibus incidit: cōmilitonem: conuictorēq; aliquem amisisse non principem existimantibus: Neq; de Macrino quippiam illis adhuc suboluerat: putantibus Martialem proprias inimicitias persecutū. Ita in sua quisq; tabernacula discessere. At Macrinus tradito igni corpusculo: reliquias intra urnā conjectas matri ad sepulturam remisit. Ea tunc Antiochiæ morabatur: mox q; ob liberorum calamitates: incertum sponte: an imperio alicuius mortem sibi consciuit. Hunc finem habuerunt Antoninus & Iulia mater: cum quidem ad eum: quem diximus: modum uixissent: ac sexennium tantū ille sine parente germanoq; suo imperauisset. Extincto Antonino: incerti ignariq; quid agerent milites: biduo sine imperatore fuerunt: querentes inter se quem potissimum principem deligerent: si quidem aduentare magnis copiis Artabanus nunciabatur: pœnas exacturus: & cæsis inter pacem ac libationes missurus inferias. Igitur principem deligunt primo quidem Audentium: militarē scilicet uirum præfectumq; non improbum. Sed ille senectutem causatus abnuit imperium. Dein uero Macrinum suadentibus potissimū tribunis: quos etiam conscios insidiarū Antonini: ac Macrino participes consilii fuisse: post illius mortē suspitio extitit: quēadmodū in sequētibus dicemus. Suscœpit aūt Macrinus īpiū nō tā fide militū fretus q̄ necessitate īpulsus usuq; p̄senti. His actis iā scilicet Artabanus multis copiis ac uiribus aderat eqtatū īgentē: & sagitta

riorum magnam multitudinem adducens : præterea cataphractos chamelis insidentes: qui prælongis contis præliarentur. Quo cognito Macrinus conuocato exercitu ita locutus perhibetur. Dolere uos omnes principis huiusce modi: uel ut uerius loquar: cõmilitonis interitu: minime mirandũ. Sed calamitates casusq; humanos modice ferre: id uero prudentiũ uirorum habetur. Cæterum illius memoria uestris æternum precordiis insidebit: atq; ad posteritatem propagabitur: rerum fortiter ac magnifice gestarum : præterea amoris beniuolentiæq;: & cõmunicatorũ uobiscum laborum laudem secum defe rens sempiternam: Nunc autem postulat tẽpus honore habito illius memoriæ: iustisq; omnibus persolutis occurrere iminenti periculo . Videtis barbarum instantẽ : cum totius orientis multitudine: ac iustas ut uidetur belli causas præferentem. Si quidem non illum priores lacessiuimus uiolato fœdere: atq; in altissima pace bellum excitauimus. Nunc omne romanum imperium in uirtutem uestram recumbit & fidem : neq; enim de finibus imperii aut de fluminibus dimicatio nobis aduersum magnum regem: sed de omnibus fortunis est: cum scilicet liberos consanguineosq; suos ultum ueniat : quos iniuste a nobis contraq; fœdera occisos arbitratur. Igitur arma capiamus: atq; ut mos romano est : ordines in prælio seruemus. Quippe in acie barbarorum incomposita multitudo: ac tumultuaria ipsa se fortasse impediet. Vester autem ordo atq; consensus: pugnandiq; peritia sicuti uobis salutem : ita hostibus pernitiem attulerit. Quapropter sic uelim bene sperantes dimicetis : ut romanos decet: utq; hactenus consueuistis. Ita enim & barbaros ipsos fuderitis: & gloriam insignem adepti fidem romanis: cæterisq; omnibus feceritis: non dolo aut fraude ulla: sed uirtute & armis superiorem uictoriam a uobis partam. Quæ postq̃ locutus est: cognita necessitate : milites in ordines se recœpere atq; in armis agitabant . Sole autem oriente conspiciunt Artabanũ maximas secum copias adducentem. Vt autem solem barbari demore propiciarunt : confestim edito ingenti clamore concurrunt in romanos : iisq; adequitantes sagittas ingerunt. At Romani acie instructa: maurorũq; equitatu per latera dispositio: ac recœptis per interualla expeditis militibus: quibus facilis esset excursio: fortiter resistentes impetum barbarorũ substinebant : qui scilicet & sagittarum multitudine: & prælongis contis: quibus cataphracti ex equis aut chamelis depugnabant pessime romanos accipiebant. Contra Romani quotiens pedem conferebant: facile scilicet aduersarios superabant. Postea uero q̃ ab equitatu & chamelitarũ multitudine premebant̃ : fuga simulata tribolos: aliaq; machinamenta ferrea acuminata proiiciebant: quæ sub arenis latentia neq; cuiq̃ conspecta pernitiem equitibus: & chamelorum insessoribus afferebant . Quippe illis calcatis : equi potissimumq; cameli : quibus

molliſſimæ ſunt ungulæ ſuccidue claudicabant: decuſſis tergo inſeſſoribus. Cæterum barbari illi q̃dim equis aut camelis inuehuntur acerrime ſcilicet cõ fligunt. Vbi autẽ uel deſcendere iam uel excidere faciles ſunt captu: neq; pre lium in manibus gerere audent: &ſi fugiendus aut inſequendus ſit hoſtis: cru ra ſcilicet fluxa ueſte prepediũtur. Vno igitur alteroq; die a mane ad ueſperã prælıatum eſt dirimente prælium nocte: redeuntibuſq; in caſtra utriſq;: ac ſe ui ciſſe opinantibus. Tertia die in planitiem pugnaturi conuenere. Tentante autem barbaro: utpote qui numero præſtabat circũire romanũ: quaſiq; inda gine concludere. Contra non iam profundiorẽ: ſed in frontem productam conſtituebant romani aciem: ac ſe circũiri prohibebant. Tanta autem uiro⁊ iumentorumq; multitudo cecidit: ut omnis compleret campus: maximiq; ca dauerum acerui in altum attollerentur: ac preſertim camelorum: quæ aliæ ſuper alias procubuerunt. Ergo nec liber pugnantibus curſus erat: nec inter ſe cernendi copia: uelut ingenti quodam: ac uix peruio aggere cadauerum in medium extructo. Quo ſcilicet prohibente tranſitum ad reliquos: ſinguli ſe in ſua caſtra receperunt. At Macrinus cognito non alia de cauſa tam acriter ac pertinaciter pugnare Artabanum: niſi quia ſe pugnare contra Antoninũ arbitrabatur. Solent enim barbari paulo negotio fatiſcere: uelutiq; oneri cæ dere: ſi modo primis cõgreſſibus parum ex ſententia res ceſſerint: Tunc aũt perſtabant prælium integraturi. Cum primũ cadauera concremaſſent: igna ri ſcilicet periiſſe qui has inimicitias concitauerat: mittit parthis legatos cum litteris: quæ declararent occidiſſe imperatorẽ: ac debitum ſupplicium luiſſe q̃ fœdera & iuſiurandũ temerauerat. ſibi: a romanis quorũ ipſum tandẽ impe rium ſit: ſummã rerum traditam: non placere quæ acta forent. Itaq; captiuos quicunq; ſupereſſent: raptaq; omnia redditurum. Cupere ſe illum ex inimico amicũ facere: pacemq; iureiurando ac libaminibus ſancire. Quibus lectis Ar tabanus: edoctuſq; a legatis de Antonini cæde: ſatis dediſſe ſupplicii uiolato rem fœderis arbitratus: contentuſq; reddi ſibi citra ullum cruorem captiuos: prædãq; omnẽ: fœdus cum Macrino ferit: atq; in proprias ſedes reuertitur: Sed & romanus imperator deducto ex Meſopotamia exercitu Antiochiam profectus eſt:

LIBER QVINTVS.

DE Antonini imperio cædeq;: inſidiis ac ſucceſſione item: ſuperiore libro diximus. Cæterum Macrinus ubi An tiochiam peruenit: litteras ſenatui. Populi. Q. Romani miſit in hanc ſententiam. Cum ſatis ipſi cognitum

habeatis quodnam fuerit meū iam inde a principio totius uitæ institutum: moresq; ad benignitatē ꝓpensos: ac mansuetudinē in ea potestate explicatā: quæ non multū abest a principatu. Siquidem ipse quoq; impator fidei præfectorum militariū se credit: superuacuū esse arbitror multis uerbis uti apud uos. Nostis enim & ipsi parū me lætū fuisse iis rebus: quæ ab illo gerebantur: ac sæpe uestra causa periclitatū: dum ille nulli non calumniæ fidem habens uelut effrenus contra uos irrueret. Itaq; identidem mihi detrectare solitus: etiam publice modestiam in me atq; humanitatē uituperabat: segnē & fluxis moribus uocitans: Quippe homo assentationibus gaudens: quicunq; ipsum ad crudelitatem exacuebant: rabiemq; insitam quasi signo dato prouocabāt: & calumniis iram excitabant. eos sibi deniq; beniuolos: fidosq; inprimis amicos arbitrabatur: Mihi autem iam inde a principio nihil lenitate antiquius modestiaq; fuit. Igitur Particum bellum longe maximū: & in quo omne romanum imperium fluctuauerit ita confecimus: ut nec in acie fortiter dimicando hostibus cesserimus: & regem maximas secum trahentem copias icto fedære ex inimico amicum reddidimus. Porro me principe liberi incruentiq; omnes agitabunt: magisq; optimatum conspiratio hæc erit q̄ principatus. Neq; tamen est ꝙ quisq̄ indignum imperio censeat: aut fortunæ crimen putet esse: ꝙ ex equestri ordine ad imperium peruenerim. Nam quo obsecro nobilitas ipsa: nisi benignitas adsit & humanitas? Siquidem fortunæ munera etiam parum dignos exornant. animi uirtus propriam cuiq; gloriam conciliat: Et claritas quidem generis: diuitiæq; atq; id genus reliqua: & si beatorū propria putantur: minime tamen in ipsis utpote ab aliis tradita laudantur. Lenitas autē ac benignitas & si ipse quoq; admirationi sunt: attamen habenti quoq; laudem accumulāt. Quid enim uobis profuit Cōmodi nobilitas: aut Antonini paterna successio? Scilicet eiusmodi homines quasi ipsis debitam hereditatem adepti: ueluti proprio patrimonio per contumeliam abutunt. Qui autem a uobis imperium accœperunt: uelut imperpetuū obstricti: etiam referre gratiam pro meritis enituntur. Ad hæc patricia principum nobilitas sæpenumero in superbiam uertit: despectis omnibus uelut inferioribus. At qui modestiæ experimento ad imperiū asciscunt: quasi partū laborē tuentur semp: uerenturq; & colunt quos cōsueuerant. Mihi sane decretū est nihil sine auctoritate uestra gerere: ac uos participes cōsiliarios q̄ habere reip. gerendæ: uiuetisq; pro arbitrio uestro in libertate illa: quam uobis antehac a patriciis imperatoribus ereptam: Marcus dein: Pertinaxq; restituere conati sunt: ambo ad impium priuatis cunabulis innutriti. Quippe generis clara initia poste ris relinquere ipsum præstat: q̄ accœpta a maioribus fœdis moribus cōtaminare. Hac lecta epistola conclamatū a senatu uniuerso: Nullisq; non honores

Augustoꝝ Macrino decreti: Neꝙ uero tantopere lætus ſenatus Macrini ſuc ceſſione fuit: q̃ vulgo uniuerſi gratulabant extinctũ Antoninũ. Nã ut quiſꝙ auctoritate aliqua aut dignitate p̃cellebat: ita maxĩe ĩminentẽ ſuis ceruicibus depulſiſſe gladiũ arbitrabat: Delatores aũt: & ſerui oẽs quicunꝙ dominos detulerant patibulo ſuffixi: totaꝙ urbs: atꝙ adeo Romanũ impium ſcelera tis hoĩbus perpurgatũ: partim ſupplicio affectis partim exilio mulctatis: ꝙ ſi qui tamen latuerunt metu quieſcentiũ: etiã ipſi libertatis quandã imaginem præferebant: anno dũtaxat uno: quo Macrinus imperiũ obtinuit: Quippe hoc tantũ peccauit ꝙ non exercitũ illico dimiſit: atꝙ unoquoꝙ domũ reuerti iuſſo: ipſe Romã ſui cupidã ſtatim non petiit: uocante populo quottidie ſe: ac Macrinũ uociferante. Sed Antiochiæ morabat barbam nutriẽs & incedẽſ q̃ ſolebat lentius: tardiſſimeꝙ ac uix adeuntibus ſe reſpondens: adeoꝙ inter dũ ſubmiſſa uoce: ut ne exaudiri quidẽ poſſet: Hæc enim demũ ſibi de Mar ci moribus imitanda ꝓpoſuerat. cum ad illius reliquã uitam nullo pacto aſ piraret: quippe delicioſius in dies agitans: hiſtrionibuſꝙ & ſaltatoribus inten tus & gubernandi negligens incedebat cũ fibulis: ac balteo: auratis gemma / tiſꝙ. Qui luxus minime Romano exercitui gratus: certe quẽ barbaris putãt fœminiſꝙ congruentiorẽ q̃ principi. Talia igit̃ intuentes magnopere impro bare oẽs: uitamꝙ plane hois aſpernari molliorẽ: q̃ ut militari uiro cõueniret. ſimul cõparare inuicem Antonini uitæ exemplũ: ſollertis in primis ac plane militaris uiri: ac Macrini luxuriã. Præterea grauiter indignari: ꝙ ipſi adhuc in tabernaculis agerent ꝓcul a patria: ac nõnunq̃ reꝝ quoꝙ neceſſariarũ indi gerent: neꝙ domũ dimitterent̃: etiam pace facta: cum ſcilicet ille contra mol liſſime ac delicioſſime uitã coleret. Igitur excuſſis uelut habenis quottidie in hoĩem cauillabant̃: ac leuiſſimã quanꝙ occidendi eius occaſionem aucupa bant̃. Sed ita ſcilicet fatis datũ erat: ut uno dũtaxat ãno princeps Macrinus in deliciis abſumpto: ſimul cũ uita impiũ amitteret: exiguã: tenuemꝙ fortũ na cauſam militibus oſtentante ad ea quæ cõcupierant patranda: Mæſa erat quædã noĩe pheniſſa mulier: ab Emeſa urbe pheniciæ: cui ſoror Iulia fuerat: Seueri coniunx: ac mater Antonini. Ea uiuente ſorore: multos annos in aulæ impatoria uixerat: Seuero & Antonino principibus: Hãc igit̃ Mæſam poſt ſororis obitũ: atꝙ Antonini cædem iuſſerat Macrinus: in patriã cũ ſuis om nibus bonis reuerti. Abundabat aũt multa pecunia: utpote longiſſimo tpe inter principalẽ potentiã enutrita. Reuerſa igitur anus domi ſuæ agitabat. Erant ei filiæ duæ: quarũ natu maior Sœnis: minor Mammæa uocabatur. Illi filius Baſſianus. Huic Alexianus. Amboꝙ ſub matribus: auiaꝙ educa bantur: & quidem Baſſianus annos natus erat circiter quatuordecim. Alexi anus aũt decimum iam annũ attigerat. Sacerdotes ambo Solis: quem maxi

me indigenæ colunt: phænicū lingua Eleagabalū uocitantes. Templumq; illi maximū conſtructū habent: auro argentoq; plurimo: ac lapidū eleganti magnificentia exornatū. Neq; ſolum indigenæ deū illum uenerant̃: ſed uicini quoq; Satrapæ regeſq; barbari certatim quotannis ſplendida offerunt munera. Simulacrū uero nullū græco aut romano more manu factū ad eius dei ſimilitudinē: ſed lapis eſt maximus ab imo rotundus: & ſenſim faſtigiatus ꝓ pemodū ad coni figuram. Niger lapidi color: quē etiam iactant cælitus decidiſſe. Eminent in lapide quædā: formæq; nōnullæ uiſunt̃: ac ſolis imaginem illā eſſe affirmant: minime humano artificio fabrefactā. Huic igitur deo ſacerat Baſſianus: Quippe natu maior: ipſe potiſſimū ſacerdotio fungebat̃: incedens barbaro cultu: tunicas indutus intextas auro ac manuleatas & ad pedes uſq; demiſſas: cruraq; tota conuelans ab unguibus ad femora: ueſtibus ſimiliter auro purpuraq; uariis: capite coronā geſtans precioſoꝝ lapidum coloribus florentē. Præterea integer æui: cunctorūq; eius ætatis adoleſcentium formoſiſſimus. Quare congruentibus in unū forma corporis: atq; ætatis flore: ſimul habitu illo moliſſmo: facile cum Dionyſii pulcherrimis imaginibus aſſimilabant. Hunc igitur ſacra celebrantē: chorumq; circa altaria barbarum in morē ad tibias fiſtulaſq; & omnifariā organa inſtaurantē curioſius inſpectabāt: cum mortales alii: tum in primis Romani milites: uel ꝙ genere impatorio editum ſciebant: uel ꝙ formæ uiribus oīum in ſe oculos conuertebat. Quippe tum uicinus urbi illi exercitus erat tuendæ phæniciæ p̄poſitus: deductus inde mox: ut in ſequentibus exponemus. Cū itaq; quottidie religionis noīe milites ad templū itarent: libenter ſcilicet adoleſcentē intuebantur. Erant aūt ex iis nonnulli Roma profugi Meſæ familiares: quibus illa formā pueri admirantibus incertū mentita: an ueꝝ profeſſa: filiū utiq; eſſe ait Antonini q̃uis alterius putaret̃. Quippe cū ſuis natabus adoleſcentibus adhuc: & formoſis rem habuiſſe: quo tpe ipſa in palatio ſimul cū ſorore agitabat. Ea res audita ab illis: ac ſenſim cōmunicata reliquis cōmilitonibus: per uniuerſum deniq; exercitū vulgata eſt. Porro etiā aceruos habere nūmoꝝ Meſa dicebat̃: facileq; oēs militibus elargitura: ſi modo impium ſuæ ſoboli reſtitueretur: pollicentibus aūt ſe eam cū ſuis: ſi noctu clanculum in caſtra ueniſſet: patentibus portis excœpturos: atq; Antonini filiū imperatorē declaraturos: nihil ſcilicet recuſauit Anus: decreta piculū quoduis adire q̃ uitam colere priuatam atq; abiectā. Quapropter noctu clanculū urbe egreſſa cum liberis nepotibuſq; ſuis: deducente ipſos profugoꝝ militū agmine: facile in caſtra admittitur. Ibiq; puerū confeſtim milites uniuerſi Antoninū appellatum: atq; indutū purpura in caſtris cuſtodiebant: tum cōmeatu omni ſimul cum ſuis natis & coniugibus: ceteriſq; adeo rebus importatis: quas in uicis agriſq;

propinquis habebant: ita se intus cõparabant: ut etiam si opus foret: castro
rum obsidionẽ exciperent. Quæ ubi nunciata Macrino sunt: Antiochiæ cõ
moranti: dedito per exercitũ rumore: repertũ Antonini filium: pecunias mi
litibus elargiri Iuliæ sororem. Cum oĩa quæcũq; dicerent̃ haud esse ullo mo
do poterant pro ueris acciperent̃: pendebãt animis oẽs: atq; eos ad res nouas
moliendas cũ propriũ Macrini odium: tũ Antonini memoriæ quædã quasi
cõmiseratio subigebat. Sed in primis pecuniarũ spes ut multi iam ex iis ad
nouũ Antoninũ transfugerẽt: At Macrinus rem totã quasi puerilem cõtem
nens: cõsuetamq; cõtinens animi alacritatẽ: domi ipse sedens: unũ e suis duci
bus mittit: tradĩtis copiis: quantæ ad rebelles expugnandos uiderent̃ suffectu
ræ. Vt aũt eo peruenit Iulianus: id enim nomen præfecto fuit: ac iam mœni
bus succedebat: statim inclusi milites puerũ exercitui infesto de turribus pin
nisq; ostentare: uociferari Antonini filiũ: sacculosq; nũmoq; plenos: escam
scilicet proditionis attollere. At illi credito Antonini esse filium: & quoniã
sic uideri uolebant: facie quoq; & liniamentis q̃ similimũ existimantes: caput
amputant Iuliano: mittuntq; ad Macrinũ: Ipsi reseratis portis uniuersi in ca
stra accipiunt̃: Ita scilicet adauctæ copiæ non modo ad excipiendã obsidionẽ:
sed ad conferendã quoq; manũ dimicandũq; instructa acie satis futuræ: transf
fugarum etiam magna ui paulatim quottidie se aggregante. Quibus auditis
Macrinus cũ omni exercitu ad castra illa oppugnanda contẽdit. Antoninus
aũt militibus oppugnationẽ haud expectantibus: sed congredi audentibus co
pias oẽs educit. Concurrerunt aũt inter se exercitus uterq; in phæniciæ Syriæ
q; finibus: acrius dimicante Antonini milite: conscientia metuq; pœnæ si ui
ctus foret. Contra aũt Macrini exercitu languidius: remissiusq; prelium cape
scente: multisq; subinde ad Antoninũ transfugientibus. Quo animaduerso
Macrinus: metu ne plane oĩbus exutus copiis captiuus agerẽt̃: nihil non pas
surus contumeliæ: stante adhuc acie: clamidẽ sibi: cæterũq; impatorium detra
hit ornatũ: pauciq; ex fidissimis cõmilitonũ comitatus fugam occupat: De
tonsaq; barba ne agnoscerẽt̃ itinerario uestimento: capiteq; semp conuelato
noctem diẽq; accellerabat: famã quoq; suæ fortunæ præueniens: quippe ingen
ti studio cõmilitones uehicula urgebant: quasi Macrino adhuc rerũ potiẽte:
magnis de rebus mitterent̃. Ille igit̃ fuga euaserat: quemadmodũ diximus.
Interea milites utrinq; pugnabant: atq; a Macrino quidẽ corporis custodes
ac stipatores: quos prætorianos uocant: fortiter stantes: reliquũ omnẽ exerci
tum soli sustinebant: uidelicet proceri homines atq; ex omni numero delecti:
Cætera omnis multitudo ꝑ Antonio præliabat̃. Sed ubi diu neq; Macrinũ
iam ipm: neq; imperii signa conspiciebant: qui pro illo certamen subierant:
ignari ubinam foret: iaceret an aufugisset: haud satis cõstitutum habentes:

quod ſibi capiendō conſiliū foret: neq; periclitari diutius pro eo decreuerant: qui tā nuſq; cōpareret: & ſe permittere hoſtiū poteſtati quaſi dedititios: captī uoſq; uerebant. Vt aūt a captiuis audiuit Antoninus aufugiſſe e p̄lio Macrinum: mittit ſtatim nuncios qui doceāt fruſtra illos pro homine pauidiſſimo ac fugitiuo decertare: ueniāq; & obliuionē oīum iureiurando pollicet: ſtipato reſq; tā tum ſibi illos aſciſcit. Igit oēs re credita ceſſerūt. At uero Antoninus mittit illico qui Macrinū cōſequant: cū iam plurimū uiæ p̄cepiſſet. Inuentus aūt ē in Calchedone Bithynie urbe grauiſſime ægrotans: ac ppetuo itinere attritus: latitās in ſuburbano quodā: ubi illi caput abſciſſum. Dicebat aūt Romam ꝓperare: fretus popularibus ſtudiis. Sed tranſgredientē in Europā anguſto ꝓpontidos freto iamq; Byzantio appropinquantē uēto aduerſo uſum phibent: quaſi flatu ipſo ad ſuppliciū reducente. Tantū igit affuit Macrinus quo minus p̄ſecutores effugerit: finē uitæ ſortitus fœdiſſimū: qui Romā reuerti poſt uoluerit. Quod ſtatim a principio facere oportuerat. Offendit āt cōſilio pariter atq; fortuna. Ita ſcilicet occiſus eſt Macrinus cum filio Diadumeno: quē iam cæſarē fecerat. Poſtea uero q̄ exercitus uniuerſus Antoninū impatorē cōſalutauit: atq; ille ſūmā rer̄ ſuſcœpit: rebus iam in oriēte: ut quæq; maxime urgebant ordinatis ab auia ſcilicet atq; amicis. nā ipſe adoleſcens admodū: ac rer̄ erat impitus: haud diu moratus ꝓfectionē edicit: feſtinante in primis Meſa ad Romanā aulā: cui tam diu inſueuiſſet: ſed ut ſenatui. P. Q. R. res innotuit: oēs eū nuntiū iniquo aīo accæpere. Sed parendū neceſſitati fuit: electo a militibus principe. Cæterū incuſantes Macrini negligens ingenium: fluxoſq; mores: neminē utiq; aliū ſed ip̄m ſibi fuiſſe mali cauſam dictitabant. At uero Antoninus e Syria ꝓfectus Nicomediæ hiemauit: ita poſtulāte anni tp̄e. Statim igit debacchari ſupra modū cœpit: cultūq; patrii numinis: cui dicatus fuerat celebrare ſupuacuis ſaltationibus: ueſtitū uſurpans luxurioſum: purpura intextū atq; auro: monilibuſq; & armillis redimitus: coronas etiā ſuſtinēs ad thiaræ modū: auro lapilliſq; p̄cioſis inſignitas. Forma habitus inter phœniſſam ſtolā: ac medoꝛ amictū: Nā romanā ueſtē: aut græcanicā plane aſpnabat: e lana ut ipſe aiebat: hoc eſt e re uiliſſima confectam. Neq; niſi ſericas telas dignabat: ꝓcedens identidē ad tibias & timpana: uelut orgia numinis cōcelebraret. Hæc cernēs Meſa: ac ferens iniquo aīo: ſupplex illi ꝓſuadere conabat: ut romanū aſſumeret cultū: ne urbē mox curiāq; ingrediēs: pegrino illo barbaricoq; habitu ſpectantiū oculos p̄ſtringeret: inſolētes huiuſcemodi munditiarū: ac reputātes mulierculis q̄ uiris cōgruētiores. Sed ille uerbis aniculæ contēptis: nec cuiq̄ p̄terea credendū putās. Quippe neminem circa ſe niſi moribus cōſimilē: ſuiſq; obſecundantē uitiis habebat. Cū retinendū ſibi quēcunq; illū cultū aīo obſtinaſſet: decreuit abſens piculū facere

ſententiã uerba fecit. E duobus piculis quoz alteꝝ ꝑſens manifeſtũq;: alteꝝ fu
turum forſitan dubiiq; euentus eligendũ tibi hodie alterutrũ eſt: ut aut nos
teq; una ſerues: & ſpẽ meliorẽ: q; oẽs freti ſumus: ãplectaris: aut iãiam nr̃is
manibus intereas: qd ſi potiora malueris: multa ad ſpem bonã uiatica ſunt:
qppe iuiſũ oĩbus Maximinũ peſtẽq; illã crudeliſſimæ tyrãnidis tolles: uitãq;
ãtehac ꝑclare tibi actã illuſtri gloria cumulabis: Maximoſq; S.P.Q.R. ho
nores ac ſempiternã laudẽ nanciſceris. Sin uero abnueris: ac nobiſcũ cõſpira
re ꝑnegaueris: iamiam te hic obtrũcabimus. atq; ipſi quoq;: ſi oportuerit: oc
ciſo tibi ĩmoriemur: Maius nãq; facinus auſi ſumus q; ut ſalui eſſe citra deſpa
tionem poſſimus. Iacet. n. tyrannidis miniſter. luitq; pœnas crudelitatis: nr̃is
nunc nup manibus iterẽptus. Quapropter ſi cõſenſeris nobiſcũ: atq; in partẽ
piculoꝝ acceſſeris: cũ ipſe honorẽ ipii cõſequeris: tũ qd nos facinus ꝑpetraui
mus: laude q; ſupplicio dignũ reputabiť. Dũ hæc loqť adoleſcẽs ĩpatiens mo
ræ: cætera multitudo: cũ qdẽ eodẽ iam ciuitas uniuerſa re uulgata cõcurriſſet
Gordianũ unanimes Auguſtũ appellant. Ille q; uis recuſaret ac ſenectutẽ obtẽ
deret: tamen ſuapte natura gloriæ auidior: haud ægre tãdẽ honorẽ ſuſcœpit:
malens futurũ dein q; ꝑſens iam piculũ ſubire: ſimul ætate iam exacta minĩe
recuſandũ putabat: qn: ſi ita res poſceret: ẽt ĩpatoriis honoribus ĩmoreť. Igiť
ſtatim tumultuari oĩs Aphrica: ſublatiſq; Maximini honoribus ciuitates ple
ræq; imagines Gordiani ac ſtatuas ponere: ſed eũ quoq; a ſe cognominarunt
Aphricanũ. Nã q ad meridiẽ libyes habitãt: aphri romana uoce nũcupanť.
At Gordianus aliquot dies Thyſtri cõmoratus: qua in urbe hæc acta fuerãt:
nomẽ ĩpatoris iã cultũq; gerens: Carthaginẽ ꝑficiſciť: ut in ciuitate maxĩa ce
leberrimaq; oĩa quaſi Romæ agerenť. Siqdẽ urbs illa uel opibus uel populi
frequentia: uel magnitudine tantũ Romæ concedens: cum Alexandri urbe
Aegyptia de ſecunda palma contendit. Sequebať autem ipm principalis põ
pa omnis. Militeſq; quicunq; aderãt: iuueneſq; urbani procera ſtatura ad eoꝝ
ſimilitudinẽ q Romæ ĩpatorẽ comitanť. Virgæ aũt lauretæ quo iſigi princi

pes a priuatis dignoſcunt. Prætereaq; ignis demore ꝑferebat: ut ſpetiē fortu namq; : exiguū ſane ad tꝑs romanæ ciuitatis Carthago reꝑſentaret. Cæterū Gordianus compluris ad primū quēq; Romā miſſitabat: atq; ad ꝓceres ſe natus quoꝝ erant ei ꝑmulti amici ac neceſſarii. Scripſit itē publice ad. S: P: Q. R. ſignificās aphroꝛ erga ſe cōſenſum. Simulq; accuſans Maximini cru delitatē: quā eſſe oībus magnope iuiſam ſentiebat. Ipſe oēm præ ſe māſuetudi nē ferebat. Nā & delatores oēs exilio affecit: & iis q paꝝ iuſto iuditio dānati fuerant: iteꝝ defendēdi ſui ptātem idulſit. Quī exules quoq; in pīam reſtitue bat: ac militibus plura ſe q̄ q̄ſq̄ antea largituꝝ: populoq; īgens datuꝝ cōgia riū pollicebat. Idē ꝑfectum quoq; ꝓtorii Vitalianū: feꝛ crudelēq; hoīem: cariſ ſimū deuotiſſimūq; Maximiuo in ipſa urbe curauit iterimendū. Siqdē ſuſpe ctās ne ille ſuis inceptis fortiter reſiſtendo: cæteros quoq; metu deterritos a ſe auerteret: mittit ꝓuinciæ q̄ſtorem adoleſcentē audaciſſimū: corpore ualidū. atq; ætate florentē: prōptūq; ad oē ꝑiculū ꝑ ſe ſuſcipiendū: traditis centurioni bus: ac militibus nōnullis. cui ēt līras dedit obſignatas duplicibus tabellis: ꝑ quas archana occultaq; negotia ſignificare īpatores cōſueuerūt. Iubet itaq; il los ītrare urbē ante lucē: ac dū adhuc in actibus occupatus eſſet Vitalianus: ac cedere ad eū ītra cellulā: ubi res ſecretas atq; archanas ad ſalutē principis ꝑtinē tes ſcrutari atq; īq̄rere cōſueuerat: hīre ſe ad eū līras archanas a Maximino dicē tes: ac uelle ēt remotis arbitris de rebus ad ſecuritatē īpatoris ſpectantibꝫ cum illo colloq̄: ac mandata principis exponere. Dein ſignis agnoſcendis occupa tum: pugionibꝫ quos in ſinu occultos haberent: deīprouiſo cōfoderēt. Quæ ſcilicet oīa ex ſentētia ſucceſſerunt. Etenim āte lucē: quo tꝑe ꝓdire illi mos fue rat: īueniunt hoīem pene ſolū: paucis tm̄ circunſtātibus: q̄ppe alii nōdū uene rant: alii ſalutato abierant priuſq̄ diluceſceret. Igit̄ uacante illo: ac paucis dū taxat ante cellulā īuentis: Vbi q̄ ſupra diximus nuntiauerūt: facile ſcilicet ītro miſſi ſunt: porrectiſq; epiſtolis: cōtemplantē eū ſigna diligentius ꝓlatis pugi onibus cōfodinnt: nudoſq; eos manibꝫ præ ſe tenentes ꝓſiliūt: oībus loco cæ dentibus. Nā id Maximini factū īpio putabant. Quando idē ſæpenumero in eos facere cōſueuerat: q̄ āte ipſi cariſſimi uidebant̄. Dein uadētes media ſa cra uia ꝓponunt epiſtolā Gordiani ad populū: līraſq; itē ab illo Cōſſ. ipīs cæ teriſq; reddunt vulgata ēt fama īterfecti Maximini. Quod ubi auditū eſt: ſta tim uniuerſus populus diſcurrere undiq; furēti ſimilis. Nā & ſi ubiq; vulgus ſemꝑ ad res nouas leuiſſimū: tamen romana plebs in primis: q̄ ex magna: ua riaq; etiam peregrinorum multitudine conſtat: longe cæteris mobilior eſt. Igit̄ ſtatuæ atq; imagines Maximini: cæteriq; honores ſtatim conuulſi: clau ſumq; antea formidine odiū: licentia iam & poteſtate adepta nulla ꝓhibente effundebant. Quare ſenatus quoq; frequens: & ſi de Maximino certi nihil ha bebat: ex preſenti fortuna rem cōiectans: abolitis illius honoribus Gordia

nū filiūq; ipſius Auguſtos declarauerūt: ſtatim delatores atq; accuſatores uniuerſi: aut effugerunt: aut ab iis quos offenderāt occidebanť. Procuratores āt & q; ius in illius crudelitatis miniſteriū dicebāt: tracti a plebe ſunt: abiectiq; in cloacas. multi itē īſontes occiſi: Nā & creditorē ſuū qſq; & aduerſariū in forenſibus cauſis: & ut quēq; aliqs leuiſſima de cauſa oderat: īpetu in domū facto: boniſq; direptis trucidabāt. Ita ſub ſpetie libertatis: paciſq; p̄textu ciuilis belli facinora edebanť. Siqdē p̄fectū quoq; urbis Sabinū ꝓhibere talia conantē fuſte capiti illiſo mactauerunt. Hæc igiť populus agitabat. Enimuero ſenatus qū iā ſemel piculū ſubierat: metu Maximini nihil ſibi ad ſolicitandas ad defectionē ꝓuincias reliq faciebat. Quocirca legationes undiq; ad rectores ꝓuinciaq; mittebanť: electis a ſenatorio equeſtriq; ordine clariſſimis hoībus cū lr̄is: quibus. S. P. Q. R. mēs exponebať. Qui ꝓcuratores ipōs hortarēť: ut cōem p̄riam capeſſerent. curiāq; romanā tuerēť. pſuaderētq; natiōibus ut in fide. P: R. pſeuerarent. Cuius ꝓpriū antiqtus īpium foret ueterrimūq; cū illis amicitiæ ius a maioribus iſtitutū. Quocirca pleriq; legatis benigne excœptis populos ad defectionē ꝓpulerūt. Quod ſcilicet ꝓnū fuit: adeo īcredibili apud oēs odio Maximinus laborabat. Igiť oībus: qcunq; apd ipōs magiſtratū gerētes cū Maximino ſentiebāt: repēte ad unū occiſis. ipſi uniuerſi ad romanos defecerunt. Pauci tm̄ iuenti q legatos ad ſe miſſos iterficerent: aut ad ipm̄ mitterēt adhibitis cuſtodibꝰ. Qui deinde oēs exqſitiſſimis a Maximino ſuppliciis affecti ſunt. Hæc mēs romanæ ciuitatis: hic aīus fuit. Quæ poſtq̄ Maximino nūciata ſūt: q̄q̄ triſtis ac ſolicitus: tamē illa ſe cōtēnere ſimulabat: ac primo q̄dem: alteroq; die domi qetus ad amicos de eo negotio rettulit. Cæteq; exercitus oīs: cunctiq; eius regionis mortales: & ſi rē oēm ītellexerant ītumuerantq; aīs: audacia req; tantaq; ac nouitate: tamē ꝓ ſe qſq; tacebāt: ac ſe ignorare oīa ſimulabant. Quippe tātus erat Maximini mœtus: ut nihil illū plane lateret: oīumq; nō ſolū uerba ſed nutus quoq; ſpetiēq; obſeruaret. Tertio uero die cō uocatis ī cāpū āte urbē militibuſ ſuis Maximinus tribunal iſcēdit: atq; ex libello oronē ab amicis cōpoſitā ī hāc ſentētiā recitauit. Scio me uobis īcredibilia nouaq; dictuq;. Sed ut ego exiſtimo nō tā admiratiōe q̄ riſu digna. Arma uobis vr̄æq; uirtuti nō Germani īferūt ſæpe deuicti: nō Sarmatæ q de pace nobiſ quottidie ſupplicāt. Perſæ itē q olim Meſopotamiā puagabāť. nūc ſuas ītra ſedes qeſcere bōi cōſulunt: cū gloria ī armis vr̄a: tū req; a me geſtaq; piculo edocti. Quæ iā tū illis īnotuerunt cū tuēti ripas exercitui p̄fuimus. Veq; ne quid magis ridiculum dixerim Carthaginenſes inſaniunt: ac ſene infœliciſſimo in extremo iam ætatis delirante: dubium perſuaſo an coacto: quaſi aliqua in pompa ludunt principatum. Quo enim freti exercitu: cum apud eos procōſulis miniſterio lictores ſatiſfaciant? quibus porro uſuri armis? ubi præter

lanceas exiguas ad feras excipiendas nihil ſit telorꝝ. Proꝙ bellicis exercitatio nibus chori tm̄ dictaꝙ ꝓcatia: & numeri qdā uſurpent̄. Neꝙ uero uos ꝑterre fecerint q̄ facta in urbe nūciāt̄. Nēpe Vitalianus ꝑ dolū fraudēꝙ occiſus eſt. q̄ aūt leue inſtabileꝙ ſit romani populi īgeniū: q̄ prōpta clamorꝝ tenus auda cia: notiſſimū ſcilicet uobis ē: Si duos mō tres ue armatos cōſpexerint: trudē tes alter alterū & ꝓculcantes: ac ſuū quiſꝙ ꝑiculum fugitantes publicū negle ctui habent. Quod ſi qs uobis ēt q̄ acta in ſenatu ſunt rennnciauit: nō eſt ꝓfe cto ꝙ miremini nr̄am illis cōtinentiā duriorē uideri: atꝙ ob id morꝝ cōgruen tiam: uitāꝙ illius luxurioſam uobis anteferri. Quippe apud illos fortiſſima quæꝙ ac grauiſſima ꝑ aſprimis: diſſoluta atꝙ ebacchantia ꝑ mitibus uolup tuariiſꝙ habent̄: Quocirca nr̄m qdem īperiū: qm̄ induſtrium atꝙ moderatū: reformidant. Gordiani delectant̄ noīe: cuius īfamia uitæ minime uos ꝑterit: Igit̄ aduerſus hos atꝙ huiuſcemodi hoīes bellū uobis eſt milites: ſi tamen id bellū appellandū. Nā ut mihi qdem atꝙ adeo cæteris oībus uidet̄: non prius Italiā attigerimus q̄ illorꝝ maxima pars ramos ſupplices: liberoſꝙ ſuos ꝑferē tes: nr̄is ſe pedibus aduoluerīt: aut formidine degeneri fugā facient: ut mihi li berum ſit bona eorꝝ uobis adiudicare: qbus īperpetuū ꝑfruamini. Hæc cum dixiſſet: ac multa ī ciuitatē ſenatūꝙ uniuerſum iterpellatim ꝓbra ieciſſet: ma nuumꝙ geſtibus minabundis: truciꝙ vultu: nutu oris quaſi præſentibus ira ſcens: ꝓfectionē in Italiā edicit. Diuiſoꝙ iter milites īgenti ſtipendio: uno tm̄ die īteriecto facere iter īcœpit: magnū ſecum exercitū atꝙ uniuerſas adducēs romanas copias: ſequebat̄ eundē ēt Germanorꝝ haud quaq̄ negligēdus nume rus: quos uel armis ſubegerat: uel in amicitiā ſocietatēꝙ aſciuerat. Præterea machinæ & bellica īſtrumenta quæꝙ aduerſus barbaros cōparauerat. Cæterꝝ tardius iter faciebat ob uehicula: reſꝙ alias uſui neceſſarias: quæ undiꝙ īpor tabant̄: Nā cum repentinū id illi iter obueniſſet: nō cuiuſq̄ ꝓuidentia ut cōſue uerat: ſed tumultuario ac feſtinato miniſterio q̄ erant militibus neceſſaria col ligebāt̄. Igit̄ ꝑmittere Pānoniorꝝ cohortes decreuit: qbus fretus maxīe erat. quæꝙ primæ īpatorem cōſalutauerant: atꝙ ultro ēt ꝑ illius ſalute oē ꝑiculum depoſcebant: his igit̄ īpauit ut cæteras copias ꝑcederent ac regiones occuparēt Italiæ. Dum in itinere Maximinus eſt res interea Carthagini ꝑter ſpem ma gnope ſucceſſerunt. Erat. n. Capellianus qdam ſenatorii ordinis uir procos. Mauritaniæ romanis ſubiectæ: q̄ ab ipſis Numidia appellat̄. Ea gens munita exercitibus fuerat: a qbus barbarorꝝ īcurſus ac populationes cohercerentur. Quare haud cōtemnendā militū manū circa ſe habebat. Cum hoc igit̄ Capel liano ueteres Gordiano ſimultates ex forenſi quadā diſceptatione īterceſſerāt Quocirca nomen adeptus īpatoris: ſucceſſorē illi miſit: atꝙ abſcedere ꝓuin cia īperauit. Ille ea re īdignatus: ac principi ſuo deuotus: a quo magiſtratum

quoq; eũ accœpiſſet: oĩ coacto exercitu: cũ qdem fidẽ tueri: ac iuſiurandũ ꝓſua ſiſſet: Carthaginẽ cõtendit: maximas ualentiſſimaſq; copias ſecũ adducens: uiroſq; cũ ætate florẽtes: tum oĩ armoꝝ genere inſtructos: peritoſq; rei militaris: atq; ex cõſuetudine ꝑlioꝝ aduerſus barbaros: magnope ad pugnandũ paratos. Vt uero nunciatũ Gordiano eſt aduentare ad urbẽ Capellianũ: & ipſe affectus eſt extrema formidine: & ꝓterriti Carthaginenſes uniuerſi: q ſcilicet ĩ turba potius q̃ in exercitus aliquo ordine collocata: uictoriæ ſpe cũcti pariter urbe effundunt̃ obuiã Capelliano. Cæteꝝ ſenex Gordianus: ut qdã phibent: ſimulatoq; ille Carthaginẽ attigit: deſpatis rebus oꝑ Maximino uires ĩgentes: nullas in Aphrica copias eſſe uidebat: laqueo ſe ſuſpendit. Sed occultata illius nece: filiũ ſibi ducẽ multitudo elegit. Ita uentũ ad manus eſt. Erant aũt numero qdẽ plures Carthaginenſes. Sed inordinati: ac reꝝ bellicaꝝ ĩpiti. Quippe in altiſſima pace educati: feſtiſq; & deliciis emolliti: nudiq; armis: oĩq; belli co inſtrumento. Nã domo qſq; pugionẽ aut ſecurem: aut uenabulũ: aut item ꝑuſtas ſudes: ut quiſq; poterat acuminatas: ad tuendũ corpus extulerant. Cõtra Numidæ iaculatores optimi atq; eqtandi pitiſſimi: ſic ut equos ẽt ĩfrenes uirga tm̃ currentes moderent̃. Quocirca facile Carthaginenſiũ plebs in fugã uerſa: Siqdem haud ferentes illoꝝ ĩpetũ oẽs abiectis armis cõferti effugerũt: trudenteſq; alter alteꝝ & ꝑculcantes. multo ſane plures inter ſe affligebant̃ q̃ cedebant̃ ab hoſtibus. Hic & Gordiani filius cecidit: & qcunq; eũ ſecuti: Sic ut præ multitudine iterfectoꝝ: neq; diſcerni ad ſepulturã funera potuerint: neq; adoleſcentis Gordiani cadauer inueniret̃. Etenim ex tanta copia fugientiũ pauci dũtaxat urbem ĩgreſſi: cõiectiq; in latebras euaſerant. Cæteri ad portas cõferti acꝑ ſe quiſq; intrare primi urbẽ feſtinabundi: ab iaculatoribus Numidis: cæteriſq; armatis militibus contrucidabant̃: maxĩo fœminaꝝ puerorũq; eiulatu: quoꝝ ante oculos cariſſima pignora occidebant̃. Sunt q ꝓhibeant: ut primũ Gordiano qui ꝓ ſeniũ domi ſe cõtinuerat: nunciatũ ſit Capellianũ ita in urbẽ ꝓueniſſe deplorata ſalute ĩtra cubiculũ ſe quaſi dormiturũ recœpiſſe: colloq; zonæ ĩferto qua præcinctus fuerat ſibi mortẽ cõſciuiſſe. Hæc finis Gordiani fuit felicis ãteacta uita: atq; in quadã principatus imagine extincti. Sed.n. Capellianus Carthaginem ĩgreſſus ꝑcipuũ quẽq; ex iis q e pugna ſupauerant neci dedidit: ac neq; a tẽplis deſpoliandis: neq; a publicis priuatiſq; pecuniis diripiendis abſtinuit. Aditiſq; urbibus reliqs: quæcũq; honores Maximini ſuſtuliſſent: in his ꝑſtantiſſimũ quẽq; morte: cæteros ſupplicio afficiebat: Agros aũt uicoſq; cõcremandos diripiendoſq; militibus tradebat: ꝑtexto qdem ulciſcendi Maximinũ: Cæterũ clanculũ militum ſibi aĩos cõcilians: ut ſicubi res a Maximino titubaſſent: ipſe ad occupãdum principatũ beniuolis militibus uteret̃: ita ſe uidelicet res in Aphrica hẽbant. Poſtea uero q̃ Ro

mæ audita ſenis Gordiani mors eſt: ingens pturbatio. S.P.Q.R. igenſq; ter
ror inuaſit: extincto in quē unū ſpes ſuas collocauerant: neq;.n. illos p̄teribat
nemini iam pſuaſurū Maximinū: cum ſpōte alienū ab ipſis atq; hoſtili aīo:
tum iuſtis etiā de cauſis pfeſſo quaſi odio ſuccenſentē. Itaq; frequentes in unū
cōuenere: ac de toto negotio deliberantes: quādo ſemel in piculū uenerāt: bel
lum cōparare decreuerunt: duobus electis ipatoribus qui rē publicā pari pote
ſtate adminiſtrarēt: ne rurſus principatus actoritas in tyrānidē puehereť. Cō
uenerunt igiť nō quidē in curiā quo antea cōſueuerant: ſed in tēplum capitoli
ni Iouis: qd in arce ſūma p̄cipuæ uenerationis romani hēnt. ibi clauſis fori
bus ſoli quaſi teſte & cōſeſſore: atq; adeo reꝝ oīum iſpectore deo: Selectis qui
ætate ac dignitate cæteros anteirent de quibus ſuffragia ferrenť: Duo ex oī
numero Maximinus atq; Albinus plurimis ſuffragantibus īpatores renūcia
ti. Hoꝝ Maximinus cum ſæpe exercitibus p̄fuerat: tum p̄fectura urbis egre
gie geſta maximā ingenii prudentiæq;: p̄terea uitæ cōtinētis opinionē vulgo
de ſe p̄buerat. Albinus aūt patricii generis hō: cōſulatu iteꝝ geſto: multiſq; p
uinciis ſine ulla querela adminiſtratis moꝝ ſimplicior hēbať. Ita creati princi
pes Auguſtiq; appellati: ac ſenatuſcōſult o oībus īpatoriis honoribus affᵉctᵃi
ſunt. Dum hæc agunť in Capitolio: Interea populus romanus īcertum ſubii
cientibus Gordiani amicis: ac neceſſariis: an tantū rumoribꝫ exciti: facto ad
portas cōcurſu: uiā qua itur in Capitoliū totā cōferta multitudine occupaue
rant: lapideſq; & fuſtes īgerentes rebus in capitolio actis aduerſabanť: ac Ma
ximinum in primis recuſantes ſeueriorē ſcilicet q̄ ut tolerabilis uideretť: magiſ
q; ſerium q̄ ut eum leuis multitudo facile pateretť. Quapropter eo maxie of
fendebanť: clamantes identidē ac minitantes utrunq; ſe cōfeſtim occiſuros:
Nā ipſi ex Gordiani genere principem ſibi depoſcebant: ut in familia noīeq;
eo nomē īpatoriū remaneret. Albinus aūt ac Maximinus equeſtris ordinis iu
uentute: atq; urbanis militibus cum gladiis undiq; ſtipati egredi Capitolio
conabanť. Sed lapidibus ac fuſtibus coherciti: donec ſubiiciente neſcio quo
ad hunc modū populo īpoſuerunt. Erat puer quidā īfans adhuc ex Gordiani
filia natus: nomen aui referēs. Hunc igiť ſūmiſſis quibuſdā afferri ad ſe uiſſe
runt: qui cum domi eum ludibundū offendiſſent: īpoſitum in humeros p me
diā ferebant multitudinē plebi oſtentantes: ac nepotulū Gordiani dictitātes:
uocāteſq; eum noīatim quoad in Capitoliū p̄tulerunt: populo ſubinde accla
mante & cōſpgente pueꝝ frondibus. Cum itaq; ſenatus Cæſarē illum decla
raſſet: quādo adhuc p ætatē remp. gerere nō poterat: & iræ multitudiuis reſe
derant. paſſi uidelicet in aulā palatinā Senes īpatores cōmigrare. Sed īcidit p
eos dies ciuitati romanæ funeſta calamitas: orta de nimia duoꝝ ſenatoꝝ au
dacia. Nā cum ſenatus haberet de publicis negotiis: Duo ex militibus Maxi

mini quos in caſtris reliquerat emeritæ iã ætatis ad fores curiæ acceſſerunt ex
ploratum q̃ gererent̃: inermes uidelicet: tantũq; ſubarmalibus & ſagis iduti.
Cõſtiterant aũt pariter cũ reliqua multitudine: Sed cæteris ante fores p̃ſtolã
tibus: duo tres ue ad ſũmũ curioſiores audiẽdi: curiã ingreſſi ſunt: Sic ut ul
tra arã quoq; uictoriæ penetrarent. Hic ſenator qdam depoſito nup cõſulatu
Gallicanus noĩe: ac genere carthaginenſis: alterq; itẽ p̃torius Mœcenas: nihil
tale expectãtes milites: manuſq; adhuc ſub ſagulis habentes: repente adactis
in corda pugionibus iterficiunt. Etenim oĩs ſenatus ob recentem obſidionem
tumultũq; ſupiorem: alii ꝓpalã: pars clanculũ gladios gerebant: quibus ſuã
q̃ſq; ſalutẽ ab inimicoꝝ iſidiis tuerent̃. Ita cæſi milites q̃ ſe deĩprouiſo defen
dere haud querant: ꝓſtrati ante altaria iacebant. Quo uiſo cæteri cõfeſtim ex
pauefacti cõmilitonũ iteritu: Simul populi cõcurſum formidãtes: q̃ erant ier
mes fugã aripuere. Cæteꝝ Gallicanus raptim ſe curia in mediã multitudinẽ
ꝓripiens gladiũq; & manũ ſtillantẽ ſanguine oſtentans: ad ꝓſequendos occi
dẽdoſq;. S. Q. P. R. hoſtes: amicos ſocioſq; Maximini: vulgus adhortabat̃
Quibus rebus iducta plebs Gallicanũ fauſtis acclamationibus excipit: mili
teſq; lapidibus iceſſit: quatenus licuit pſecuta. Cæteꝝ cũ ſe illi in caſtra recepiſ
ſent paucis tm̃mõ vulneratis: clauſis portis: armiſq; arreptis: caſtroꝝ mœnia
defenſabãt. Veꝝ Gallicanus quando ſemel tm̃ facinus auſus fuerat: bellũ ꝓ
tinus ciuile atq; oĩbus ꝓnitioſum ſuſcitauit. Quippe iuſſis effringi publicis ar
mamẽtariis: in q̃bus põpæ magis iſtrumẽta q̃ belli aſſeruabant̃. Vnde ſibi qſ
q; munimẽtũ corporis accomodaret: aptiſq; itẽ gladiatoꝝ ludis: atq; unoquo
q; ꝓpriis armis ornato. Præterea cũctis quæq; itra domos aut officinas eẽnt
haſtis: gladiis ac ſecuribus direptis: cũ q̃quid occurerat furor in arma con
uerteret: ſtatim oẽs cõferti: cõglobatiq; ad caſtra cõtenderũt: ac uelut urbẽ ali
quã expugnaturi: murũ ipm portaſq; circunſederunt. Cæteꝝ milites utpote
pugnandi ꝓtiſſimi pinnis ſeſe muroꝝ clypeiſq; ꝓtegentes ſagittarum ictu cre
bro: ac p̃longis cõtis multitudinẽ repellebant. Poſtremo cũ iã defatigato po
pulo: ſauciiſq; magna ex parte gladiatoribus: atq; in ſerũ uergẽte die regredi
in urbẽ decreuiſſent. cõſpicati milites ſecuritatem abeuntiũ: q̃pe minime au
ſuros putabant romani adeo paucos aduerſus tantã multitudinẽ caſtris erup
tionem facere: cõfeſtim uniuerſi ſeſe portis patentibus in vulgus illud hoĩum
cõcitauere. Ibi gladiatores ad unũ cæſi magnaq; pars populi coliſa. Quo fa
cto cũ haud ꝓcul caſtris receſſiſſent: rurſum ſeſe itra munimenta recœperunt.
hinc igit̃ maior. S. P. Q. R. idignatio oborta. Quare duces ex Italia oĩ ꝓba
tiſſimũ quẽq; elegerunt: iuuentutẽq; oẽm collectã in unũ: ſubitariis armis: ac
tumultuariis adornauerunt. Hoꝝ potiſſimã partẽ ſecũ Maximinus eduxit:
ut aduerſus Maximinũ p̃liaret̃: reliq; ad urbis cuſtodiã tutelãq; relicti. Interea
quottidie ad muros caſtroꝝ dimicabat̃: ſed ꝓfectu nullo defenſantibus ſupne

militibus: ictāq; & ſauciā multitudinem fœde repellentibus. At Balbinus do mi ſe continens populo per edictū ſuplicabat: ut in gratiā cum militibus redi ret. Quibus eriā oīum quæ patrauerant obliuionē atq; impunitatē pollicebā tur. Sed neutris id perſuaſum gliſcente īn diem malo: ac populo indignante. q; tanta multitudo tam paucis cōtemptui foret. Contra militibus ægerrime ferentibus ea ſe a Romanis paſſos: quæ uix unq̄ a barbaris expectaſſent. Po ſtremo quando oppugnatio parū procedebat. Viſum ducibus interuertere omnis riuos qui in caſtra peruenirent: ut milites aquarū penuria ſitiq; confi cerent. Igitur abſcidendo obſtruendoq; cunctos e caſtris aquarū riuos auerte bant. Sedenim intellecto periculo milites ac rebus deſperatis erumpunt uni uerſi patentibus portis. congreſſiq; multitudinē fugientem in urbem uſq; p ſequuntur. Sed ubi iam ſtatario illo certamine plebs inferior intra domos ſe receperat: ac tegularū lapidumq; & teſtarū iactibus deſuper urgere cœperat: milites haud auſi illi ignota ædificia ſubire: clauſis etiā domibus & tabernis ignem ianuis ac ligneis ædificiorū proiecturis: quales in urbe plurimæ ſunt il lico admouerunt. Quo factum eſt ut partim crebritate iſulaq;: partim lignea materia: bona pars urbis incendio conflagrauerit: multiq; ex opulentis pau peres facti: maximis atq; egregiis amiſſis poſſeſſionibus: uel prouentu uberri mis uel ſplendore ipſo & uarietate precioſis: neq; uero pauci extincti morta les: q; ianuis igne occupatis: proripere ſe domo copia non fuerat: bonaq; diui tum direpta penitus īmiſcente ſe militibus ſtudio rapiendi facinoroſiſſimo quoq; & tenui plebecula. Sed adeo peruagatū lōge lateq; incendiū eſt: ut plus multo cōſumpſerit q̄ quātum ſpatii maxima quæq; urbs ædificiis occupet. Dum hæc Romæ geruntur: interea Maximinus confecto itinere Italiam atti gerat: ac ſacrificato ad aras quæ in finibus ipīs erectæ ſunt: pergit iter facere. Iuſſis arma tenere atq; inſtructa acie progredi militibus. Sed cum & Aphricæ defectionē: & Romæ bellum ciuile: pretereaq; res a Maximino geſtas: iterq; eius hactenus conſcripſerimus: Reliqua deinceps explicabunt.

LIBER OCTAVVS

Væ poſt interitum Gordiani geſſerit Maximinus: iterq; eius in Italiā: ptereaq; Aphricæ defectionē: & in urbe ipſa populi ac militum ſeditiones ſuperiore uolumine recenſui mus. Enimuero Maximinus poſteaq̄ ad Italiæ terminos peruenit: præmiſſis exploratoribus: qui ſpecularent an ul læ in Alpium conuallibus & denſiſſimis ſiluis inſidiæ deli teſcerent. Ipſe in planum deductis militibus: iubet armatorū acies quadrato agmine incedere: ut ab iis q̄plurimū campi occuparetur: cunctiſq; in medium

coactis impededimentis:ipſe cum ſuis ſtipatoribus ueluti ſubſidio ſequebaꝫ: aliis utrinq; diſcurrẽtibus cataphractorũ equitum:mauriſq; iaculatoribus:ſa gittariiſq; ex oriente & equitatu germanoꝝ quos auxiliares aſciuerat:quoſq; etiam præcipue opponere hoſtibus cõſueuerat:ut primos uidelicet impetus exciperent:feroces audaceſq; initio pugnæ uiri. Simul ut ſi in diſcrimen ueni retur uilis potiſſimũ barbaria illa periclitareꝫ. Sed ubi totam planitiem ſerua tis ordinibus tranſmiſerunt:ad Italiæ urbem peruentũ eſt:quæ Ema a cultori bus uocatur. Ea ſita eſt in extrema planitie ad alpium radices:ubi ſpeculato res atq; exploratores exercitus narrant Maximino uacuam relictã urbem: au fugiſſe omnis incolas: templorũ etiam:ac domoꝝ ianuis incẽdio cõſumptis: atq; omĩbus quæ uel in urbe:uel in agris fuerant exportatis: aut igne corrup tis:nihil haud iumentis aut homĩbus alimentorũ relictum. Quæ res grata in primis Maximino fuit:ꝙ idem cætetos quoq; populos ſuo quenq; mœtu fa cturos arbitrabaꝫ. Contra milites indigne tulerunt ꝙ ab initio ſtatim fame la borarent: Cumq; noctem exegiſſent:partim intra patentes cõmuneſq; omni bus domos:partim in planitie ipſa:ſtatim ſole oriente ad alpes acceſſerunt: Hi ſunt longiſſimi quidã montes inſtar muroꝝ:Italiæ circundati:adeo in al tum editi ut etiam ſuperare nubes uideanꝫ. Ita in longũ porrecti: ut uniuer ſam Italiã comprchendant. Leua ad tyrrhenum pelagus: dextra ad ionium uſq; ptingentes:denſis ubiq; nemoribus infeſſi:atq; anguſtiſſimis callibus & rupium prærupta altitudine:ſcopulorũq; aſperitate uix peruii: nonnullis ta men quaſi ſemitis magno ueterum italoꝝ labore manufactis. Quapropter ingens tranſiturum illac exercitũ formido tenebat: ſperantẽ ſumma iuga te neri iam ab hoſte:nulloſq; non obſtructos exitus ad ſe prohibendos. Neq; is metuſ de nihilo erat:locoꝝ naturam cõtemplantibus:Poſtea uero q̃ ſine ullo impedimẽto ſuperatis alpibus: in caſtra deſcenderant:læti ſcilicet omẽs inſta uratis animis uitulabanꝫ. Nihilq; non ſibi ex ſententia ceſſurum Maximinus arbitrabaꝫ:ne locoꝝ quidem difficultate fidentibus italis: intra quas latitare ipſi & ſaluti ſuæ conſulere. prætereaq; inſidiari hoſtibus: ac locis ſuperne im minentibus pugnã capeſſere potuiſſent: Sed ubi planitiẽ attigerunt: nuntiãt exploratores maximã Italiæ urbem Aquileiam portas occluſiſſe. Pannonio rum acies quæ preiuerant acriter murũ oppugnaſſe: Cæterum tentata re ſæ pe:omnes in caſſum conatus euaſiſſe:Itaq; iam defatigatos recedere: lapidi bus ſcilicet & haſtis magnaq; ſagitarum ui deſuper ingruentibus. At Maxi minus iratus pannoniis quaſi paꝝ impigre prælìatis:ipſe cum reliquo exerci tu accelerabat:Sperans ſe nullo negotio illius urbis potiturũ. Sed Aquileia prius quoq;:ut erat ingẽs urbis eius magnitudo:populo abundabat:& uelut Italiæ quoddã emporium:ad mare ſita:quaſiq; terminis illyriæ copiam reꝝ e cõtinenti per terrã fluuioſq; cõuectam nauigantibus ſuggerebat:& ab ipſo

mari res ad uſum eoꝝ qui cōtinentem colunt neceſſarias uidelicet ſupioribus terris: ꝑpter hiemis aſpitatē minus feracibus: maxime tamen uinū : cuius in ipſa regione maximus prouentus eſt: uicinis gentibus ne uitem qdem haben tibus affatim ſuppeditabat. Ex quo factū uti ſup ciuium ingentem numerum: etiā magna uis hoſpitū ac mercatoꝝ eam urbē frequentaret. Enimuero tunc etiā aucta multitudo: cōfluentibus illuc ex agris quicūqꝫ oppidulis uiciſqꝫ circa relictis: fidebant urbis magnitudini: ac uetuſtis mœnibus dirutis qdem antea magna ex parte. Quippe in tanta romanoꝝ potentia: neqꝫ murorū: neqꝫ armoꝝ Italiæ ciuitates indigebant pacem altiſſimā agitantes : atqꝫ in partici patū reipu. aſcitæ. Sed tunc urgente uidelicet neceſſitate : renouatis inſtaura tiſqꝫ mœnibus: præterea turribus ac ꝑpugnaculis excitatis: totaqꝫ urbe ad eū modū cōmunita: clauſiſqꝫ portis noctem diemqꝫ uniuerſi pro muro ſtātes ho ſtem fortiſſime ꝑpulſabant. Duces erant ſūma ptāte duo : cōſulares uiri lecti a ſenatu Criſpinus ac Menephilus. Hi maxima diligentia ꝑcurauerant uti neceſſaria quæqꝫ in urbem ĩportarent̃: ſic ut diuturnior quoqꝫ ſuſtineri oppu gnatio potuerit. Erat item in urbe magna aquarū abundantia: partim ex pu teis ſane frequentibus: partim e fluuio muros ꝑterfluente: ac pariter foſſæ ob iectus: & aquarū ꝑbente copiā. His ita intra urbem cōparatis: ut primū defen di muros diligenter: clauſaſqꝫ portas Maximinus audiuit: decreuit mittere le gatoꝝ ſpetie: qui illos alloquerent̃: ac ſi poſſent reſerari ſibi portas perſuade rent : Habebat aūt in exercitu tribunū quendā Aquileiæ ciuē: cuius nati atqꝫ uxor: præterea familia oīs in urbe erant concluſi. Quare eum centurioneꝫ nōnullos quaſi oratores mittit : Sperans facile illius auctoritatē municipes ſecuturos. Qui ubi muro appropinquarunt in hanc ſententiā uerba faciunt: Iubere cōmunem ĩperatorem pacem depoſitis armis colere: ſeqꝫ amicū pro ho ſte accipere: ſacriſqꝫ faciundis uacare q̃ cædibus: miſerari pr̃iam : paulopoſt ſi obſtinati perſtiterint ruituram: Licere ipſis ſi uelint una opera ſibi quenqꝫ: & ſaluti patriæ conſulere. Quippe obliuionem ueniamqꝫ oīum quæ fecerūt op timū principem polliceri. Quando nihil ipſoꝝ ſed oīa forent aliena culpa cō tracta. Talia quædam ſub muro legati magna uoce ꝓnunciabant: ſic ut faci le exaudiri & ſi nō plane ab oībus: at certe ab ea multitudine poſſent quæcun qꝫ ſupra muros: turreſqꝫ cōſtiterat. Etenim taciti omnes legatoꝝ dictis aures dediderant. Quare metuens Criſpinus ne pollicitationibus illis: quæ vulgi incōſtantia eſt: ad mutandū pace bellū: reſerandaſqꝫ hoſti portas impellerent̃ Diſcurſans ipſe ꝑ muros rogare obteſtariqꝫ ſingulos : uti audacter manerẽt: fortiterqꝫ reſiſterent: neqꝫ fidem ꝑderent ſenatui debitam. P. Q. R. neue titu lum ſeruatæ ac ꝑpugnatæ Italiæ totius aſpernarent̃: neu ꝓmiſſis crederent ꝑ iuri fraudulentiqꝫ tyranni. Neue item benigna oratiōe ineſcati ruerent in ma nifeſtam ꝓnitiem; Sed cōfiderent belli fortunæ ita plerūqꝫ dubiæ atqꝫ ancipi

ti ut magnus interim numerus a pauciſſimis: & q̃ potẽtiores credunt̃ ab iis q̃ ibelliciores habebant̃ uicti ſupatiq; ſint: neue utiq; expaueſcerent exercitus illius multitudinẽ: nã qui ꝑ altero dimicant: cũ ſuæ uictoriæ fœlicitatẽ ad alios uideant migraturã minus ꝑfecto acriter decertãt. Quippe q̃ intelligãt ſe q̃dẽ in piculi participatũ admitti. cæterũ extremæ uictoriæ fructus ad aliũ ꝓuenturos. Qui aũt pro patria pugnãt ꝓterq̃ ꝙ ſpe meliore eſſe debent: neq; n. aliena occupare: ſed tueri ſua cõtendunt: etiã aĩo ſunt maiore: ut quos nõ alienũ ĩperiũ: ſed ſua quenq; neceſſitas adigat: qm̃ ſcilicet uictoriæ fructus ipſis potiſſimũ debeant̃. Talia quædã nũc ſingulis: nunc uniuerſis ingerẽs Criſpinus hõ ſuapte natura uenerabilis: ac romana facundia pollens: ꝓterea gratus oĩbus miti modeſtoq; ĩperio ꝓſuaſit multitudini: ut in officio fideq; ꝓmanerẽt: iuſſitq; legatos rebus ĩfectis ad Maximinũ reuerti. Dicebat̃ aũt Criſpinus ad bellũ ſic audacter ſubſtinendũ: ẽt hauriſpicũ reſpõſo q̃ læta exta nũciarẽt animatus. Etenim magnope fidẽ huiuſcemodi ſignis habere Itali cõſueuerunt. Cæterũ nõnulla quoq; oracula ferebant̃ patri cuiuſdã numinis uictoriã ꝓmittentia: Belẽ uocãt ĩdigenæ: magnaq; religione colũt: Apollinẽ interꝑtantes: Cuius ẽt ſpeciẽ pro urbe ipſa pugnantẽ quidã e militibus Maximini uiſam ſibi in cœlo affirmabãt. Quod utrũ ſic eſſe nõnulli putauerint: an id cõmentũ placuerit ad leuandã ĩfamiã tanti exercitus: q̃ bello ĩpar foret aduerſus minorẽ multo numerũ oppidanoꝝ: ut ſcilicet uicti potius a diis: q̃ ab hoĩbus uiderent̃: haud ſane ſatis exploratũ habeo. Cæterũ nouitas euentus cuncta credibiliora facit. Poſtea uero q̃ ĩfecto negotio legati reuerterũt: ira & furore ĩſtinctus Maximinus magis magiſq; accelerabat. Vt aũt ad fluuiũ ꝓuenit: q̃ ad lapidẽ duodecimũ ꝓcul eſt ab urbe: offendit eũ maxima aluei ꝑfunditate ac latitudine defluentẽ. Si quidẽ anni tꝑe ſolutæ uicinoꝝ montiũ niues: quas longa hiems durauerat maximũ torrentẽ effecerant: ſic ut nullo pacto trãſire exercitus poſſet. Nã pontẽ q̃d opus magnũ atq; pulcherrimũ ueteres ĩpatores lapide quadrato cõſtruxerant: portulis ueluti q̃buſdã ſenſim creſcẽtibus rupant ac reſoluerant Aquileienſes. Itaq; cũ neq; põte neq; nauigiis: qppe nulla ſuppeditabant̃: trãſire exercitus poſſet: ſubſtitit incertus cõſilii: Sed. n. germani aliquot ignari: q̃rapido abruptoq; ĩpetu Italiæ flumina deferant̃: ratiq; ſenſim ĩfluere cãpos quẽadmodũ apud ipſos cõſueuerunt: unde ẽt qa minimũ ſe cõcitant facile cõſtringunt̃: auſi ſeq; & equos natãdi ꝓpitos alueo credere: ui fluminis ablati ꝓierunt. Igit̃ cũ biduũ aut triduũ in tẽtoriis fuiſſet Maximinus: ducta circũ exercitũ foſſa: neq; deĩprouiſo in caſtra ruerẽt: ſtabat in ſua ripa deliberabundus: Quonã tandẽ pacto fluuiũ põte iungeret: Sed magna lignoꝝ ac nauigioꝝ penuria q̃bus inter ſe iunctis pontẽ fabricaret̃: nunciarũt q̃dam e fabris eſſe ꝓmultas in agris illis deſertis inanes cuppas: forma rotũda: q̃bus ui

delicet icolæ quondã ad vinũ miportandũ utebant. Ea cum essent ad nauiũ similitu
dinem cõcaua deuincta mox inter sese scapharũ more innatatura uidebãtur. Etenim
ire pessum uinculis inter se constricta ac uiminibus desuper iniectis: & puluere multo
coaceruata nullo pacto poterant. Quod ubi factum est: facile milites in ulteriorem
ripam trãsgressi suburbanis ædificiis q̃ deserta inueuerũt igne correptis uites arbo
resq; excidерũt: omnẽq; eius regionis ornatũ fœdauerunt. Siquidẽ arborũ cõpari
bus ordinibus ac uitibus iter se iũctis & in sublime euectis: ad festæ celebritatis sp̃
q̃si coronis qbusdã redimita oĩs regio uidebat: qbus radicitus excisis: exercitus ad
ipos urbis muros cõtẽdebat. Sed oibus defatigatis nõ fuit ipatoris cõsiliũ urbẽ ipsã
statĩ oppugnãdi. Sed extra teli iactũ cõstituto milite: diuisoq; ĩ cẽturias & cuneos: ac
ptibus muri totius unicuiq; attributis: uno tm̃ die ad qescẽdũ idulto: statĩ deide op
pugnare urbẽ aggredit. Igit machinamẽtis oĩfariã admotis: cũ genus oppugnatio
nis nullũ ptermitteret: pluria. s. ac ppemodũ quotidiana certamia edebãt. Etenim
circũdatis ueluti idagine quadã muris: magnaq; ui atq; alacritate pugnã capessente
milite: resistebãt audacter Aqleienses: clausisq; tẽplis & domibus: uniuersi cũ liberis
& cõiugibꝫ urbẽ desup e turribꝫ ac ppugnaculis defẽsabãt. Neq; erat ulla tã iutilis
ætas q̃ pugnare p̃ pria recusaret. Cæteꝝ suburbana oĩa & qcqd extra urbẽ ædificio
rum fuerat demolitus Maximius lignis materiaq; oĩ ad machinas abutebat: qbus
muri saltẽ aliquã ptẽ demoliret: qua ĩmissus exercitus diripet urbẽ ac dirueret: totã
q; eã uastã mox desertãq; relinq̃ret. Neq;. n. decoꝝ sibi aut honorificũ fore iter Ro
mã arbitrabat: nisi urbẽ deleuisset: q̃ pria ĩ Italia obstitisset: Quocirca multa polli
cẽtes atq; obtestãtes: ipe cũ filio quẽ Cæsarẽ fecerat obeqtabant militibus: eosq; ad
pugnãdũ acriter adhortabãt. Eniuero Aqleiẽses saxa desup iaciebãt: sulphurq; bi
tumine ac pice mixtũ doliis manubria lõgiora habẽtibꝫ ĩmittebãt: atq; ut primũ ex
ercitus muris successerat ignibꝫ iniectis dispgebãt unanimiter ibriũ ritu. Quãobrẽ
pix illa cũ cæteris q̃ supra diximus partes nudas corpis subiẽs: undiq; diffũdebat.
Sic ut miles loricas armaq; cætera ferro excãdescẽte: coriisq; ac lignis ardẽtibus cõ
trahẽtibusq; se raptĩ abiiceret. Itaq; cernere erat milites arma sibi ipos detrahẽtes. q̃
spolioꝝ spẽm abiecta humi cõmẽto magis artis q̃ ui pugnãtiũ p̃ferebãt. Ex quo fa
ctũ ẽ ut pleriscq; militibꝫ aut oculi extinguerẽt: aut sũmæ oris ptes manusq; itẽ: & si
qua pterea nuda in corpe patebãt ignibꝫ labefactarent. Sed & machinis q̃ muro ad
mouebãt: desup tedas iniiciebãt pice ac resina oblitas: quaꝝ extremitas mucronẽ ue
luti sagittæ hẽret: q̃ cũ accẽsæ deferebãt infixæ ihẽrẽtesq; machinis facile scilicet illas
cõcremebãt. Sꝫ primis sane diebꝫ par utrĩq; & librata fuit pugnæ fortũa. Dein spa
tio ꝓcedẽte minus minusq; iã alacer Maximini erat exercitus. tꝫ qa spe falsus tristior
i dies. Nã quos ne unũ qdẽ diẽ spauerãt suũ laturos ipetũ: eos nõ mõ nõ cedẽtes sꝫ
resistẽtes ẽt audacissime aĩaduertebãt. Cõtra Aqleiẽses magis magisq; indies uiriũ
atq; aioꝝ iplebãt: & assiduitate pugnãdi pitiã pariter audaciãq; cõsecuti: sic despicie
bãt milites: ut ẽt iocarẽt ĩ eos & cauillarẽt: nihilq; nõ cõtumeliæ obeũti muros Ma

ximino exprobrarent. Tum in ipm iuxta filiūq; nulla nō iacerent ꝓbra. Qui bus irritatus ac furens cū effundere in hostē irā non liceret: plurimos e suis du cibus: quasi parū strenue atq; acriter urbem oppugnarent extremo supplicio affecit. Quo facto ut infestiorē sibi atq; iratiorē militē reddiderit: & contēpti bilior fieret aduersariis. Euenit ꝑterea ut Aquileienses cōmeatu rebusq; aliis abundarent: Quoniā magna diligētia quæcunq; ad hoīes aut equos substētā dos desiderāt in urbē fuerant cōportata. Cōtra exercitus oīum reꝝ egenus: excisis feracibus arboribus: agroq; oī ꝓuastato partim sub tumultuariis ten toriis agebant: partim sub aperto cœlo tolerabant solē atq; imbres: Siquidē nihil alimenti uel ipsis uel iumentis īportabāt obsessis oībus Italiæ itineribus romanoꝝ diligētia: murisq; & portis excitatis. Etenim uiros consulares cū le &tissimis ac spectatissimis hoībus ex Italia tota miserat senatus: q littora por tusq; tutarent. Neq; cuiq; potestatē facerent nauigandi: Sic ut inaudita inco gnitaq; forent Maximino quæcūq; Romæ agitabant. Viæ quoq; oēs & cal les ne quis transiret diligentissime seruabant. Ita eueniebat: ut exercitus qui urbem obsidebat: ipse inuicem obsideret: nam neq; Aquileiā capere: neq; Ro mam proficisci poterat nauigioꝝ ac uehiculorū penuria. Quæ oīa prius oc cupata & concluſa fuerant. Rumores quoq; suspitionibus in maius augebā tur: eē uniuersum in armis romanū populū: consensisse Italiā: genteſq; oēs il lyricas barbarasq; quascunq;: aut oriens ant meridies uidet ad exercitū cōtra hendum cōiuratas in Maximini odiū. Quare desperati milites oīum rerum penuria laborabant: uix aquæ satis habentes: quā etiam pollutā sanguine & cædibus de flumine hauriebāt: Nam & Aquileienses cadauera suoꝝ quæ hu mare non poterant in flumina ꝑcipitabant: & qui ferro morboq; in exercitu perierant identidē alueo demergebant: ītер quos etiā illi q inopia ciboꝝ cōfe &i uix adhuc spiritū retentabant. Cū igit ad hunc modū mœstus atq; egenus exercitus esset: repēte dū sub tētorio qescit Maximinus uacuo die a pugna: cū pleriq; aut in tabernacula aut in suas qsq; stationes cōcessissent: uisum ē militi bus iis quoꝝ ad urbē Romā sub mōte Albano castra erant: atq; in his liberi eoꝝ cōiugesq; relictæ neci dedere Maximinū: ut aliquādo a diuturna & in ex plicabili obsidione requiescerent: neq; Italiæ bellū īferrent in Tyrāni gr̄am dā nati oībus & iuisi. Quocirca occupata audacia sub mediū ferme diē ad illius tentoriū cōtendunt: cōspirātibus una corporis custodibus. Ibiq; postq; de si gnis militaribus illius imagines detraxerūt: ꝓdeuntē mox tētorio cū filio ut ad eos loqueret cōtinuo obtrūcant: cūq; ipso ꝑtorii ꝑfectū: & quoscūq; carissi mos habuerat: ꝓiectaq; ad ludibriū cadauera canibus dein uolucribusq; laniā da reliquerunt: missis tm̄ Romā impatorum capitibus. Hunc habuit finem Maximinus ac filius: dato male gesti imperii supplicio. Cæterum exercitus

herebat nece audita principū: neq; enim pinde oibus grata: præsertimq; Pannoniis: Thracibusq; barbaris: qui scilicet impium tradiderant. Sed quando infectū fieri iam nequibat: ferebant q̄q̄ inuiti: & se gaudere cū cæteris simulabāt. Quare depositis armis pacatoꝝ habitu ad Aquileiæ muros accesserūt: nunciataq; cæde Maximini petebant uti sibi portæ aperirent amicis iā: qui pridē hostes fuissent. Enimuero Aquileiensiū duces haud passi ꝓponūt Maximi & Balbini ac Gordiani Cæsaris imagines coronis & lauro redimitas. Quibus ipsi acclamantes etiā hortabant exercitū: ut agnoscerent salutarentq; & lætis excipent uocibus: quos. S.P.Q.R. imperatores elegisset. Nā Gordianos illos supiores cū diis agere æuū. Sed & foꝝ rerum uenaliū supra muros exposuerūt magna ciboꝝ uiniq; copia: p̄terea uestiū & calceoꝝ: rerūq; adeo oīum: quas præbere hoibus possit ciuitas beata & florens. Igit magis magisq; ea res exercitū obstupefecit: cogitantē fuisse illis abūde oīa: etiam ad longiorē obsidionē suffectura. Cōtraq; se magna egestate oīum: prius aliquā do perituros q̄ urbe ea oībus circūfluente copiis potirent. Ita manēte sub muris exercitu: & quæ cuiq; usui forent inde sumentibus: colloquētibusq; iter se: pacis erat amicitiæq; uelut habitus: manēte adhuc obsidionis specie: cū scilicet clausa mœnia romanus circūsederet exercitus. Dū hæc ad Aquileiā gerūtur interea equites qui Maximini caput Romā deferebant magno studio accelerantes patentibus ubiq; portis. ac laureata populoꝝ frequentia excœpti: stagnis paludibusq; inter Altinum ac Rauennā enauigatis Maximum in urbe Rauenna inuenerunt: delectos ex urbe & Italia contrahentē milites: ac Germanoꝝ auxiliares: qui beniuolentiæ noīe publice a populatibus missi fuerāt: quibus olim Maximus cum imperio diligentissime p̄fuerat. Ergo paranti copias aduersus Maximinum repente occurrūt equites capita ferētes principū: uictoriāq; nunciātes: & rerū prosperos successus: consensumq; exercitus & populi ad eosdem colēdos principes quos senatus elegisset. His igit̄ præter spē nunciatis: statim ad aras sacrificatū discurrit̄: uictoriā canentibus uniuersis: quā ne excitato quidē puluisculo acquisierant. Enimuero Maximus peracto sacrificio Romā dimittit equites: ut rē gestam populo narrent: & capita illa perferant: Qui postq̄ peruenere in urbē: atq; infixa cuntis hastilia capita oībus cōspicienda prætulerunt. nemo uerbis ullis cōsequi posset festū: leticiamq; eius diei: Nulla quippe fuit ætas quæ nō ad aras & tēpla festinarit: nemo q̄ domi se continuerit. Sed ibant ceu limphati gratantes inuicē atq; in circū ueluti futura cōtione frequētes cōcurrebant. Ipseq; Balbinus hecatombas immolabat: nulliq; nō magistratus: nulli non e senatorio ordine lætabundi supra q̄ dici posset agitabant: quasi securim ceruicibus iminentē excussissent. Igitur nunci legatiq; per oēs prouincias laureati dimittebant̄: dumq; ad hūc modū

tanta romanū populum lætitia tenebat. Interea Maximus Rauenna ꝓfectus Aquileiā peruenit: transmissis paludibus in quas fluuius Eridanus: ac uicina exundant stagna: sic ut per ora septē in mare p̄cipitent̄. Itaq; indigenæ patria lingua paludē illā septemmaria appellant: Statim igit̄ Aquileienses Maximum reseratis portis recepere: nullæq; non Italiæ ciuitates legatos mittebāt principes uiros candidatos ac laureatos: & deoꝝ patrioꝝ simulachra: aureasq; coronas si quæ in donariis fuerāt cōportantes: qui fausta oīa Maximo ac clamarent: & frondibus eū cōspergerent. Quin exercitus etiā qui Aquileiam circūsederat: pacato habitu ꝓdibat laureatus: nō tam uero concordiq; affectu uniuersoꝝ q̄ ficta beniuolentia: & honore tēporario ad præsentē fortunā principis accomodato: plerisq; tamen indignantibus: ac dolentibus clanculū: q; is quem ipsi elegerant cecidisset: ac rerū potiret̄ quem senatus creauerat. Enimuero Maximus uno alteroq; die sacrificiis absumpto: tertio dein exercitum oēm in planitiē conuocauit: ac de tribunali ad hunc modū uerba fecit. Quā fuerit ex usu uobis penitentia & reconciliata cū romanis gratia: re ipsa dedicistis: pacē uidelicet pro bello agitantes: seruato etiā militari iureiurando: quod ē unum romani principatus sanctissimū mysteriū. Quare debetis ēt deinceps huiuscemodi Cōmodis frui: fidē populo seruantes: senatuiq; romano & nobis impatoribus: quos a nobilitate & rebus gestis longaq; serie generis: quasi per gradus quosdam ꝓuectos pari iuditio. S.P.Q.R. elegerunt. Neq; enim unius tm̄ hoīs peculiaris possessio principatus est. sed cōmunis antiquitus totius romani populi: Siquidē in illa urbe sita est: impii fortuna: nobis autem dispensatio tantū atq; administratio principatus una uobiscū demandata ē: Quin si ordinē quē decet ac modestiā retinebitis. Si debitū principibus honorem ac reuerentiā exhibebitis: cū ipsi beatam uitā: bonisq; oībus affluentē adipiscemini: tum nationes ac ciuitates uniuersæ: pacē colentes: in officio permanebūt: Viuetis aūt cuncti ex animi uestri sentētia: domi suæ quisq; neq; in extremis regionibus conflictabimini. Vt aūt barbaræ gentes pacē quietemq; tueant̄ nobiscū erit hic labor: nam cū duo sint impatores facilius urbanæ res administrabunt̄ atq; externæ. p̄sto scilicet futuro alterutro quocūq; usus uo cauerit. Neq; uero suspicemini rerū supioꝝ memoriā ullam superfore: aut in nobis: quippe nihil nō iussi feciſtis: aut in. R.P. nationibusq; aliis quæcunq; ob acceptas iniurias desciuerūt: Sit oīum obliuio: sit fœdus constantis amicitiæ: fideiq; beniuolētiæ: ac moderationis sempiterna. Hec locutus Maximus ac pecūias magna copia pollicitus: paucos Aquileiæ cōmoratus dies: Romā reuerti cōstituit: Igit̄ dimisso exercitu reliquo in ꝓuincias: castraq; ꝓpria Romam reuertit̄ ipse cū stipatoribus iis quibus impatorū custodia incūbebat: quiq; delecti a Balbino fuerant: neq; nō auxiliaribus germanis quoꝝ potissi

mū fidei cōfidebat: utpote qbus olim nondū adepto impio cū potestate præ fuerat. Ingredienti urbē etiam Balbinus occurrit: Gordianū cesarē secum ad ducens. Senatus aūt populusq; uniuersus lætis acclamationibus ueluti tri: ū phantes exceperūt. Post id aūt cū publice priuatimq; magna modestia & gra uitate impium gubernaret̃: oēsq; oīa bona dicerent: lætaret̃q; populus: & glo riaret̃ patriciis: impioq; dignis principibus: Militū tamen ulcerosi animi po pulares illas acclamationes haud æquis auribus accipiebant: illāq; ipsam no bilitatem grauabant̃: indigne ferentes datos sibi a senatu principes. Augebāt præterea eos Germani quos in urbe secū Maximus retinuerat. Nam futuros uindices sperabant: si quid ipsi maius ausi forent: Etiāq; insidias suspectabāt: ne forte ab illis per fraudē exarmarent̃: memores Seueri principis: qui etiam Pertinacis interfectores exauctorauerat. Cū itaq; ludi Capitolini celebrarent̃ deditis festo: ac spectaculis oīum mentibus: repente occultatū diu sensum mili tes indicarūt. Namq; ira instincti ac uesano quodā motu: unanimiter ad regiā cōcurrentes senes principes ad necē deposcebant: Forte accidit: ut ne ipsi qui dem inter se satis congruerent: Sed ut regnandi inexhausta auiditas: atq; in cōmunicabilis natura ptātis: uterq; ad se summā impii trahebat. Etenim Bal bino claritudo nataliū: atq; iterū gestus cōsulatus: Maximo aūt p̄fectura ur bis: & q; rer̃ peritus habebat̃. aios faciebant: Vtrūq; tamen patritia nobili tas: & quantū satis eēt illustre genus ad summā impii stimulabāt: q̄ res in pri mis ambos pdidit: Nā audito Maximus uenisse ad se occidendū milites: qui p̄toriani appellant̃: arcessere statim germanos statuerat: Qui scilicet in urbe ipsa erant: ac posse resistere p̄torianis uidebant̃. At Balbinus dolū contra se: cōpositāq; aliquā suspectans fraudē: q; studere Maximo germanos cognoue rat, phibuit acciri illos. negans ad p̄hibendos repellendosq; p̄torianos cōuoca ri: sed id agi ut sūma rerum solus Maximus potiat̃. Ac dum īter se ad hunc modum disceptant: ecce tibi unanimiter milites īpetu in aulā facto: turbatis ianuar̃ custodibus: senē utrumq; corripiunt: laceratisq; uestibus quas gere bant: uilioribus sane: utpote domi se cōtinentium nudos ipsos ex aula abstra hunt: ac per oēm ignominiā cōtumeliāq; cædentes: irridentesq; senatorios im patores: barbamq; & supcilia uellentes: neq; ulli parcentes corporis totius lu dibrio: per mediā urbē ad castra deducebant: ne occidere quidē illos in regia decreti: sed lento mortis genere prius excarnificare: quo dolorē diutius p̄pete rent̃. Sed ubi germanos re deinde cognita raptis armis in auxiliū cōcurrere nunciatum p̄torianis est: statim illos nullo nō ludibrio prius affectos: cōtruci dant: relictisq; in ipsa uia cadaueribus: tollentes in altum manibus Gordianū Cæsarē. quādo aliud nihil occurit: īperatorē cōsalutabant. Identidē ad popu lum uociferantes: iacere ipsoz̄ manu quos populus ab initio recusauerat: Ele

52

&ũq̄ Gordianũ Gordiani nepotẽ:quẽ ipſe romanus.P. ad īpiũ cōpuliſſet. Huncigiť ſecũ deducentes coiere ī caſtra:clauſiſq̄ portis quieti agitabāt. At Germani ubi occiſos ꝓiectoſq̄ audiuerunt:quoꝝ cauſa ꝓperauerāt:cũ nollēt irritũ bellũ ꝓ uiris uita defunctis ſuſcipe:in ſua diuerſoria reuertunť. Hunc finem uitæ habuerunt:īdignũ uidelicet:& nefariũ:ſancti & uenerabiles ſenes: claritudine generis atq̄ egregiis meritis ad īpii faſtigiũ ꝓuecti. Cæteꝝ Gordianus cũ ānoꝝ eſſet ferme tredecim: princeps ab uniuerſis declaratus romanũ ſuſcœpit imperium.

Finis Herodiani:librꝝ octo de impio poſt Marcum:uel de ſuis tēporibus: Angelo Polliciano interprete: Romæ impſſi die. xx. Iunii.1493

ERRORES IMPRESSORVM.

fo.iiii.fa.ii.at ripa Iſtri: Ad hæc. Italiæ populari.peculiari:
fo.v.fa.i.per exercitum eſſet:eſt iuuenili.ardore.iuuenali
fo.vi.fa.i.puginonem:pugionem. Fo..vii.fa.i.apud quēq̄:quenq̄.romani habebant habeant: peſſinuti: Peſſinunti.fa.ii. rarius prodire : rarus
fo.viii.fa.i.ꝓ preconē uenerīt:ueneūt:Fo:ix.fa.i.ut phibēt aduectū:auectū: fa.ii.atq̄ capita.atq̄ ita: Fo.xi.fa.ii.ī nr̄is rebus:uerbis.Fo.xiii.fa.i.reliqs enim:aūt:īuidie repēte:īuidit·Fo.xv.fa.ii.ceu iā priuitas:ceu nō iā priuatas. fo.xvi.fa.i.magis illexit:magnis.fa.ii.īpatori exhibeatis: īpatoribus. Fo. xxi.fa.ii.clamoribus natos:clamoribuſq̄. Fo.xxii. fa.ii.lōge potior.longe ſupior.Fo.xxiii.fa.i.eius ætas:eius ætatis:hocq̄ aſcripſit.hoc quoq̄:uniuerſo cōſultante.cōſalutante.fa.ii.minime ꝑſtituta:ꝑſtitura.Fo.xxv.fa.i. iter facerent.faceret:Fo.xxvi.fa.i.Iāq̄ aliquod:aliquot:fa.ii.ad diuitiarum:ac: fo.xxvii.fa.i.cōfectū ſeuio.ſenio.clariſſimis oīum:clariſſimus.reliquo crudelitatis.reliquo ſuæ.Fo.xxviii:fa.i.uniuerſi equeſtris:uniuerſis:q̄latiſſime qua: numenq̄ in orbē decurrētes:numeroq̄ in orbē decurentibus.fa.ii.nihil nō:nihilq̄:diſterminať:diſterminari.īpium tenerenť: tuerenť:nihil.n. eum. fo.xxix.fa.ii.ille īcolerat:īcoluerat.ſpectāte populus:ſpectante eo.Fo.xxxi fa.i.cōtractāſq̄ & illud:cōtrectāſq̄ & aliud.Fo.xxxiii.fa.i.ſiqdem nō: nos. tribolos.tribulos.Fo.xxxiiii.fa.i.reddidimus reddiderimus.Fo.xxxv. fa. i.facile cū:eū.fa.ii.haud eē:aut.Fo.xxxvii.fa.ii.ut libertis:aut.hēret auctoritatē:auctoratā.Fo.xxxviii.fa.ii.cōtumelioſe:contumeliæ. fo.xxxix.fa.i. ut aduerſos: aduerſus.fa.ii.magis inde:magnis. fo.xlii.fa.i. quæcūq̄ illū. in illū.fa.ii.& ꝑſillū:puſillū:fo.xliii.fa.ii.ceu diſectiōis:defectiōis.ac ſpōte: ac pōte.fo.xlv.fa.i. Virge aūt laurete:itē laureate.fo.xlvi.fa.i.ſpeciē obſeruaret:ſpeciēq̄ oris.fa.ii.quæq̄ aduerſus: quæq̄ alia.fo.xlviii.fa.ii.iā ꝑſua ſurum:puaſurū:fa.ii.in diem malo:in dies : fo.xlix.fa.i.terminis illirie:terminus.fo.li.fa.i.quo facto : factū.fo.lii.fa.ii.augebāt ꝑterea:angebant.

Regiſtrū: b:c:d:e.f:g:h: oēs ſūt terni preter :a: quaternū: & .i: duernum.

334
493
231

